BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
14
35 A
M51
Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

Digitized by Google

Digitized by Google

NICOLAI
DE RVPE ANA-
CHORETAE SVB-
SILVANI IN
HELVETIA

BIBLIOTECA NAZ. VITTORIO EMANUELE ROMA

VITAE AC RES GE-
STAE BREVI COM-
MENTARIO COM-
PREHENSAE

Coll. Rom. Soc. Iesu
Bibliot. Secret.

A
PETRO HVGONE
SOCIETATIS IESV
SACERDOTE.

FRIBVRGI HELVETIORVM

Sumptibus Wilhelmi Darbellay,
M DC XXXVI.

[illegible] [illegible]

SENATVI POPVLOQVE
SEPTEM CATHOLI-
CORVM CANTONVM
LVCERNAE, VRANIAE, SVITII,
SVBSILVANIAE, TVGII,
FRIBVRGI, SOLODORI,
IN HELVETIA,
Sempiternam Felicitatem.

VITAM ac mores Nicolai de Rupe Beatiſsimæ memoriæ popularis quondã noſtri hâc pagellâ deſcripturus, cùm circumſpicerem, cuius potiſsimũ poſt Deum Opt. Max. nomini conſecrarem, in promptu fuit, perilluſtris Nominis veſtri recordatio, quæ & me, & hanc exiguam operam

¶ 2 meam

meam ad ſe tanto non ſolũ humanius inuitauit, ſed etiam vehementius traxit, quanto mihi maior ſpes fuit, non meo, ſed eiuſcé præclariſſimi viri nomine, cuius res agitur, quod offero, munus placiturum. *Apoc. 1.* Vidit ille inter cæteros olim diſcipulos Seruatoris noſtri Ocellus ſimilem Filio hominis in medio ſeptem candelabrorum aureorum, habentem in dextera ſua ſtellas ſeptem. Angelus is fuit, perſonam Chriſti ſuſtinens, in medio ſeptem Eccleſiarum conſiſtens, ac ſeptem earum Antiſtites manu complectens. Angelum videt, quicunq;

cunćq; Nicolaum noſtrũ videt, & quidem vita, virtutibus, ac prodigijs ſimilẽ Filio hominis, In medio ſeptem condelabrorum aureorũ hic Angelus noſter conſiſtit, hoc eſt, in medio veſtrûm, ſeptẽ Catholici Cantones, non tantum quia Subſiluanus eſt, atque in Subſiluania; quæ in ordine veſtro medium locum obtinet, quieſcit, maximeq́; colitur, verum etiam quia, veluti cor in medio corporis, ita Nicolaus in medio veſtri cõſtitutus in omnes vos influit, ſuamq́; ſalutarem opem ac beneficia diffundit, in medio veſtrûm eſt per amorem ac be-

neuolentiam, qua vos omnes omnino complectitur, in medio veſtrûm eſt per eximiam curam ac ſolicitudinem, qua perpetuò vobis præſto eſt ad emungendas lucernas veſtras, ne lumen Fidei obtenebreſcat, ne Spes diffluat, ne Charitatis ardor intepeſcat, ne diſciplina, ſinceritas, ac Helueticorum animorum robur extinguatur. Candelabra ſeptem, & aurea ſanè candelabra eſtis ſeptem Cantones, vt aurum hiſce potiſsimum difficilimis temporibus probati. Lucernæ eſtis, non vna tantùm, niſi nomine, ſed prorſus Lucernæ ſeptem lucen-

lucentes in caliginoſo loco. In medio veſtrûm Nicolaus ſedulò enititur, vt veluti Lucernæ ardentes & lucentes lucere atque ardere porro pergatis, & tanquam aurum probatum purgatumq́ in harum tempeſtatum fornace ſecuri ſedeatis, vti hactenus ſediſtis. Excuſſit ipſe hactenus, velut ille alter Angelus, *Dan:3.* flammã ignis de hac fornace, & fecit medium fornacis, quaſi ventum roris flantem, vt non tetigerit vos omnino ignis, nec contriſtauerit, nec quidquam moleſtiæ intulerit. In medio veſtrûm eſt, vt idem porrò ſemper facere

contendat. Habet etiam Nicolaus noſter in dextera ſua ſtellas ſeptem, ſeptenos nimirum veſtræ ſeptemplicis Reipubl. Perilluſtres Magiſtratus, ſtellas vtiq; non Planetas, ſidera non errantia, ſed fixa, ſtellas non cadentes, ſed firmiter Maiorum ſuorum Firmamento inhærentes, & vt perpetuo firmæ ſint, dexteræ ſuæ eas Nicolaus infixas gerit: in dextera habet, ne vlla tam illuſtrium aſtrorum ipſi vnquam obrepat obliuio: in manu habet, vt ijs tanquam Sol ſplendorem ſuum impertiat: in manu denique habet, vt & in oculis per-


perpetuo ac tutela gerat. Hic igitur Angelus noſter, exili quidem hac mea opera formatus, eximijs tamen vitæ, virtutum, prodigiorumq́; ſuorum pennis inſtructus, quo euolet, niſi in ſinus veſtros? In medio veſtrûm eſt, etiam volentem aliò auolare non patiemini, imo auolantem etiam nolente me ſinu veſtro excipietis. In manibus ſuis vos habet, cur non & Vos eum viciſsim in ſinu ac corde veſtro? Habetis iam dudum, optimè noui, habetis eum ſinu cordeq́; reconditiſsimum, & vt deinceps paulo quàm hactenus exquiſi-

tius habeatis, huc tandem perleuis hæc mea collimat opera. Videbitis eum denuo in his paginis ſublimia ac non niſi maxima agentem, audietis denuo vtilia Patriæq́ꝫ ſalutaria ſuadentem, atque ea ipſa, quæ nunc experientia nunciat, iam olim prænunciantem, id quod iam pridem & vidiſtis & audiſtis atque experti eſtis, imo nunquam ſatis ſpectare, audire atque experiri poteſtis. Creſcat igitur etiam hoc meo pertenui labore adiutus atqꝫ promotus Nicolai noſtri vnâ ac veſtrûm omnium honor ac dignitas, ipſeq́ꝫ Vobis in cœlis, &

Vos Societati noſtræ in terris, vti vtrique hactenus ſemper fuerunt, Patroni eſſe perſeuerate. FRIBVRGI AVENTICORVM 15. Auguſt. Anni M DC XXXVI.

VV. D. D. humilimus Sacellanus

Petrus Hugo Lucernenſis S. I.



APPROBATIO R. P. Prouincialis.

EGo Gualterus Mundbrot Societatis IESV *per Superiorem Germaniã Præpoſitus Prouincialis Vitam ac res geſtas Nicolai de Rupe Eremitæ Subſiluani in Heluetiâ à P Petro Hugone eiuſdem Societatis Presbytero latinè conſcriptam, atq; à deputatis ad hoc eiuſdem Societatis Theologis lectam & approbatam, poteſtate mihi ab admodum R. Patre N. Mutio Vitelleſco Societatis Præpoſito Generali factâ, typis edi permitto. In cuius rei fidem hoc Authori chirographum, officij mei ſigillo munitum, dedi. Landſpergæ 7. Auguſti Anni 1636.*

Gualterus Mundbrot.

AP.

APPROBATIO
Admodum R. D. Vicarij Generalis.

NOS, qui infra, Illuſtriſſimi ac Reuerendiſſimi Epiſcopi Lauſanenſis, Sacriq; Romani Imperij Principis Ioannis à Watteuyle Vicarius Generalis & Officialis, nec non Protonotarius Apoſtolicus, *Vitæ ac rerum geſtarum Nicolai de Rupe Anachoretæ Subſiluani tripartitam deſcriptionem*, Auctore Petro Hugone Societatis IESV Sacerdote, legimus, & in eâ nihil deprehendimus Catholicæ Religioni, aut bonis moribus aduerſans, quin potius proba omnia, veluti a probo & Religioſo viro elaborata, ad publicam omnium vtilitatem typis excudi concedimus. In quorum fidem propriâ manu ſubſcripſimus. Friburgi Heluetiorum, Quarto Idus Iunij, 1636.

Iacobus Schûler,
qui ſupra &c.

INDEX

INDEX CAPITVM
TOTIVS OPERIS.
PARTIS PRIMAE.

Caput I.

Nicolai tempus & ſolum natalitium.

II.

Nicolai familia & parentes.

III.

Prognoſtica ſanctitatis eius ante natiuitatem.

IV.

Fonte Sacro abluitur Nicolaus.

V.

Nicolai ſancta pueritia.

VI.

Eiuſdem mira adoleſcentia.

VII.

Nicolai matrimonium.

VIII. *Ni-*

V III.

Nicolai militia.

IX.

Honores auerſatur Nicolaus.

X.

Impugnatur ab hoſte infernali.

XI.

Ad altiorem vitæ rationem Deus Nicolaum vocat.

PARTIS SECVNDAE

Caput I.

Cũ cõiuge de vitæ mutatione deliberat.

II.

Patriâ exire parat.

III.

In patriam redit Nicolaus, vitamq́ʒ omnis victûs expertem orditur.

IV.

Nicolao aſceterium erigitur in eremo.

V.

Sacellum Nicolai dedicatur, ac donis exornatur. VI.

Inedia viri Dei varijs experimentis probatur. VII.

Quo ſubſidio vitam tolerârit Nicolaus in tanta inedia. VIII.

Quotidianæ Nicolai exercitationes. IX.

Salubribus monitis Heluetios populares ſuos inſtruit. X.

Viſo mirabili inſtruitur Nicolaus. XI.

Inſidias dæmonum Nicolaus ſuperat. XII.

Nicolaus Deiparam Virginē enixè colit. XIII.

Occultas hominum machinationes agnoſcit. XIV.

CAPITVM.

XIV.

Abſentium & futurorum prognoſtes eſt Nicolaus.

XV.

Miracula Nicolai ante mortem.

XVI.

Nicolai mors ac ſepultura.

XVII.

Socius Necolai in eremo fuit Vdalricus nobilis Bauarus.

XVIII.

Nicolai nepos, eiuſdem in eremo pius Succeſſor.

PARTIS TERTIAE

Caput I.

Nicolaus ſtatim poſt obitum apparet, & in ſuâ imagine colitur.

II.

Reliquiæ Nicolai poſt eius obitum cultæ.

III. *Ni-*

INDEX

III.

Nicolaus magnificentius conditur, & colitur a Magnatibus.

IV.

De Nicolai canonizatione quid hactenus actum ſit.

V.

Vita Nicolai iam olim à varijs conſcripta.

VI.

Indigenarum encomijs Nicolaus celebratur.

VII.

Nicolaus etiam exteros encomiaſtas habet.

VIII.

Quid de Nicolao omnino cenſendum Petri Caniſij iudicio.

IX.

Etiam à Catholicæ fidei aduerſarijs commendatur Nicolaus.

X. *Poſthu-*

CAPITVM.
X.
Poſthuma Nicolai miracula.

Paragraphus I.

Ad Nicolai tumbam cæci illuminantur.

Parag. II.

Surdi audiunt.

Parag. III.

Claudi ambulant.

Parag. IV.

Moribundi reſurgunt.

Parag. V.

Cephalalgici, epileptici, phrenetici curantur.

Parag. VI.

Calculo, ſtranguriâ, herniâ laborantes liberantur.

Parag. VII.

Venena ac veneficia pelluntur.

VIII. *Par-*

Parag. VIII.

Parturientibus ſubuenitur.

Parag. IX.

Febrientes recreantur.

Parag. X.

Animi corporisue dolores mitigantur.

Parag. XI.

Varij deniq; morbi curantur.

Digitized by Google

IN EFFIGIEM NICOLAI DE RVPE.

Quos ſpectas vultus, intentaq; lumina cœlo,
Syluani facies eſt ſacra Nicolei.
Quanta viri virtus dicet tibi fama, quibuſq;
Conſilijs Patriam iuuerit ille ſuam.
Sobrius vmbroſæ vixit pius incola ſyluæ
Expers humani bis duo luſtra cibi:
Angelicæ tantum ſumens ſacra fercula menſæ
Viuifico Chriſti Corpore corpus alit.
Dum videt hoc Natura parens, ſtupefacta receſſit,
Et ſimul, hic prorſus nil mihi iuris, ait.
Regificas veterum cœnas cõtemne Quiritum,
Nec iactes epulas O Cleopatra tuas:
Omnia ſaluificæ cedant conuiuia cœnæ,
Iſtas pro cunctis Fama loquare dapes.

Petrus Techterman Senator Friburgenſis.

PRAE-

PRAELOQVIVM
Ad beneuolum Lectorem.

NIcolai de Rupe Subſil-uani Eremitæ in Hel-uetia, vitam tibi ac res ge-ſtas, beneuole Lector, hac charta depictas offero, rudi quidem & inculto penicil-lo, abſq; fuco tamen: vitam ipſe Deo cultam inter incul-ta ſiluarum, & montium a-ſpera duxit, ſi eandem ego eius vitam incultiore, quam velles, ſtylo comprehẽdi, ex ſiluis ac montibus ſilueſtrẽ muſam prodire exiſtima. In eo ego tantùm laborare vo-

lui,

lui, vt rem ipſam, nõ vt verba æſtimes, neq; enim ego rem tantam verborum vllo lenocinio indigere iudicaui, vt æſtimetur; Trifariam autẽ opuſculum hoc meũ, quale quale, partiri placuit. Prima pars, quæ vitam Nicolai cõmunem domi, militiæq; actam concernunt, exponit. Altera prodigioſum Eremitam ac Vatem ab ineunte ſeuerioris vitæ inſtituto ad mortem vſque proſequitur. Poſtrema deniq; poſthumam inter homines gloriam ſiue diuinitus ſiue huma-

humanitus Anachoretæ illi decretam exequitur: Inter homines inquam, quam enim inter cœlites Deus ipſi præparauit, eam nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcendit. Plura præloquio non addo, ad rem ipſam progredior.

PARS

PARS PRIMA

Vitæ ac rerum geſtarum Nicolai de Rupe Eremitæ Subſiluani in Heluetia.

CAPVT I.

Nicolai tempus & ſolum natalitium.

NATVS eſt Nicolaus de Rupe Eremita Heluetius ſæculo poſt Chriſtum natũ decimo quarto, eodem nimirum, quo Concilio generali ab Eccleſia Catholica coacto Summi totius Orbis cùm Sacri tum profani Proceres Conſtantiam ad lacum Acronianum cõuenerunt, totoq; quadriennio de rebus grauiſſimis decreuerunt; & quidem eodem ipſo eiuſdem æui anno, qui fuit ſeptimus ſupra decimũ, Nicolaus noſter 21 Martij die hanc lucẽ primùm aſpexit, cùm Reſpub. Chriſtiana iiſ-

dem Comitijs ad auitæ vnionis lucē, legitimamq; vnius ſupremi Capitis electionem redijt Vnde hic ipſe Nicolaus,cùm naſceretur,pacem ac vnionem Chriſtianæ Reip attuliſſe aut impetrâſſe non vanâ nec infirmâ cōiecturâ cenſeri poteſt,cùm veriſimile ſit,non placuiſſe DEO,vt in corpore ac caulâ Eccleſiæ Catholicæ tam pretioſum membrum,tamq; inſignis ouicula ſub dubio capite ſeu paſtore viueret ac paſceretur, cùm iam inde ab ipſa eius infantia ac pueritia Deus ipſi tam inſignia futuræ ſanctitatis præſagia conceſſerit,cúmq; tam ſanctus deinde in matrimonio maritus, in bello miles tam innocens, in eremo tam mirus Dei alumnus, abſentium ac futurorum prognoſtes tam certus,tantum totius Orbis miraculum,ac deniq; in vita & poſt mortē tantus prodigiorum Thaumaturgus fuerit,

fuerit, id quod te, Lector, libellus hic in progreſſu ordine docebit.

Natus eſt autem Nicolaus in Heluetiâ, quæ natio iam olim, & nunc vſq; ad hęc tempora cùm animi corporiſue robore, ac belli & armorum gloriâ, tum vel maximè veræ Religionis, pietatis ac virtutis ſtudio percelebris eſt, nec improbabiliter de eo gloriari poteſt, quòd Catholicæ Religionis iam tum, cùm prima ipſius fama per Orbem terrarũ diffundi cœpta eſt, ipſa etiam primam eius culturam receperit, ſubindeque perpetuò ſanctiſſimos eiuſcé Cultores plurimos numerauerit, qui Poſteris honori & exemplo eſſent futuri. Tradunt nonnulli, neſcio an veroſimiliter, ipſum Apoſtolorum Principem, cùm caſtra Claudij Imp. Anno Chriſti Quadrageſimo quarto in Angliã comitatus ſequeretur, atq; multas ex

itinere nationes diuinâ primus doctrinâ impertiretur, etiam in Heluetiŕum ſolum primos diuini ſeminis iactus feciſſe. Illud certè compertiſſimum habetur, eundem Apoſtolici Collegij Primatem, cùm Italiæ, Galliæ, Hiſpaniæ, Africæ Siciliæ, cæterarumq; vicinarum Inſularum vrbibus ſacros Antiſtites & Apoſtolos mitteret, Heluetiorum quoque nationi S. Beatum ex Angliâ nobili atq; opulentâ ſtirpe oriundum, atq; in rebus ſacris D. Barnabæ diſcipulum, deſtinâſſe, eique ſocium Achatem ſeu Achatium virum æque ſanctum adiunxiſſe.

In ijs igitur Alpibus Heluetiæ ortus eſt Nicolaus, quæ Italiam à Germanis, Galliſue longiſſimo tractu diuidunt, quarum ſumma iuga, interiectaſq; ac vicinas valles magna ex parte ij Heluetiorum populi multis

iam

iam ſæculis incolunt, quorum olim maiores è Tauriſcis Cimbriſq; Colonias dedu xêre, eoq; ſe tandem depoſuêre. Hi trifariam diuiſi, triumq; Pagorum, Ciuitatum vel potiùs Rerumpublic: nomen adepti, Vranij, Suitenſes, & Subſiluani dicuntur; fueruntq; primi, qui circa annum octauum, ſupra millesimum trecenteſimum, inito fœdere libertate Heluetică, maximorum Imperatorum nutu, ac priuilegijs confirmatâ, frui cœperunt. Quam deinde varijs, grauiſſimiſq; bellis laceſſiti fortiter defenderunt. Quin etiam pro libertate Eccleſiaſtica requiſiti, vi & armis egregiè decertarunt; quod præcipue factum Anno Salutis partæ. 1329. Fœderis initi Viceſimo primo, quo Sarraceni capitales Chriſtiani nominis hoſtes regno Siciliæ potiti, Italiæ ſeſe pleno agmine ac furore infuderāt,

ipſiq; eius Metropoli Romanæ vrbi ingentem cladem intulerant ac deniq; ipſa etiam religionis noſtræ ibidem ſacerrima limina, impiâ rapinâ, incendioq; violârant: tum enim Vranienſes noſtri, Suitenſes ac Subſiluani, precibus Gregorij eius nominis Quarti Summi Pontificis, ad arma vocati, Duce & Ductore Guidone Ciſalpinæ Galliȩ Marchione, piæ matris Eccleſiæ Romanæ cladibus opē laturi, elatis, paſſiſq; Signis in Italiam aduerſus hoſtes magnis itineribus profecti ſunt, hoſtiumq; extrema agmina conſecuti, ingenti ac profuſâ eos cæde contriuerunt, vrbibus munitiſſimis receptis expulerunt, omnique ac præſertim Romanâ prædâ extortâ, totâ Italiâ eiecerunt; quam eandem ſacram prædam, ne eâ manus ſuas, animosq; contemerarent, Romam relatam priſtino rurſus Dei cultui

cultui conſecrarunt, itaque ad Alpes ſuas glorioſi victores reuiſerũt. Quæ res eoſdem non tantùm toti Orbi inclytos ac formidabiles, ſed etiam ſummis eius Magiſtratibus ſacris ac profanis cumprimis commendabiles fecit. Summus certè Pontifex gratitudinis titulo, deinceps eos *Protectores ac defenſores Eccleſiæ Romanæ* ſcripſit, ac nominari voluit. Qui deinde titulus ſub annum 1412. Iulij II. Pont. Max. authoritate, ad reliquos etiam Heluetiorum confœderatos Cantones propagatus eſt. Ludouicus item Pius, qui tum imperio præerat, ipſos, ob res per Italiam feliciter geſtas, non ſolum ſuis legibus deinceps, inſtitutis ac magiſtratibus vti, ac viuere permiſit, alijsq; eos priuilegijs & immunitatibus exornauit, verùm etiam, ijs, quibus adhuc in bello vtuntur, inſignibus ac vexillis

liberaliter donauit. Tales nimirum fructus iam olim tulerunt Alpes, quę poſtea Nicolaum noſtrum naſcentē ſuo gremio exceperunt. Subſiluanis vallibus ſors tam felix à Deo obtigit, vt tanti viri patria Subſiluania eſſet.

Comprehenditur autem hæc, à ſiluarum multitudine deductâ nomenclaturâ ea pars Alpium Helueticarum, quæ eſt auſtralior, atque ab ortu quidem Vranienſium, ac Suitenſium, ab auſtro Bernenſium, ab occaſu verò & Aquilone Lucernenſium finibus ampliſque ditionibus clauditur. Valles continet feraces, & paſcuis pingues. Carna ſilua totam ditionem diuidit in duas ſiluanias, ſuperiorem ſcilicet & inferiorem, quarum vtraq; amœnis ac copioſis oppidis, pagis, villis, incoliſq; abundat. Ferunt olim diuerſis temporibus, plurimos ciues Romanaos, quos Ro-

Romanorum Imperatorum furor ac tyrannis in ſubditos, maximè Chriſto fideles,vrbe proſcriptos aut fugatos exegerat,his locis conſediſſe. Illud etiam pro comperto habent incolæ, S. Beatum Heluetiæ Apoſtolũ, à D. Petro, vt dixi, ad has oras miſſum operam ſuam his maxime terris, aut certe vicinis impendiſſe, dracones ex altis vicinarũ rupium ſpelæis virtute diuina eliminâſſe, eademq; ſolitariæ vitæ amore ingreſſum, pro ſtabili ſede delegiſſe, atq; ad nonageſimum vſq; ætatis ſuę annum coluiſſe, ac demum indidem beatam animam cœlo, per cœleſtium Geniorum manus, qui ei morienti humana ſpecie aſtiterant, tranſmiſiſſe. Atque adeò Subſiluani Romanam religionem à ſuiſmet maioribus, Româ eiusdem fidei causâ exulibus, aut ſupremâ Diui Petri authoritate miſſis, eoq; de-

latis Apoſtolis, ſuxerunt, adeoq; imbiberunt, vt in eâ conſtantes omnes etiam hodie vitam catholice degant. Natus eſt igitur Nicolaus noſter inter Subſiluanos ſuperiores non procul pago, qui Saxula vocatur, in villâ Saxulenſi Curioni, & Conſtantienſi Antiſtiti ſubiectâ, quem locum Siluarum denſitate obſcurum ac incelebrem, & viuus olim, & nunc etiam miraculis plurimis poſt fata celebrem atq; illuſtrem fecit.

CAPVT II

Nicolai familia & parentes.

QVod ſi etiam, Stemmata quid faciunt, & ſiquid prodeſt

---longo
Sanguine cenſeri pictosq; oſtendere vultus
Maiorum,

Familia certè noſtri Nicolai perantiqua fuit, & illuſtris, ſi non ſanguine

ſaltem

ſaltem virtute. Maiores eius de Ponte Leonino quondam, ſeu Leopontini ac Leopontij dicti ſunt, ideo fortaſſe quia ex veterum Leopontiorum gente, quam citra Rheni, Rhodaniq; fontes ſedes fixiſſe quondã, atq; inter primos Heluetiæ populos fuiſſe memoriæ proditum eſt, originem ſuam traxerunt. Tandem vetuſtate abolito hoc nomine, eadem rupes eis cognomen, quę & ſedem, & eorum pecoribus paſcua dedit, ita vt jn hanc vſq; diem A RVPE illa cognominentur. Fuerunt autem jnter ſuos Subſiluanos ab annis plus quadringentis tantæ exiſtimationis, vt magiſtratus, ſæpe etiam Supremos, jnter eos gererent. Prudentia eos magis, virtus, ac rerum gerendarum experientia apud ſuos commẽdabiles fecit, quàm ſcientiarũ aut diuitiárum abundantia. Sors illis veterum

Patriarcharum obtigit, qui inter greges,& armenta principatum gerere conſueuerunt, caulis potius quam aulis adſueti, gregumq; ſimul ac populorum paſtores. Quis neſcit é ſacris paginis, magnum illum principem ac gentis ſuæ caput Abrahamum, eiusq; exemplo filios ac nepotes in paſcuis didiciſſe, quod in Curia aut comitijs dicerent? An non etiã Moyſes portentoſus ille ingentis populi dux paſtor fuit? an non inclitus ille ac Sanctiſſimus Rex Dauid pedum paſtoritium cum ſceptro ac corona permutauit? Hæc olim conſuetudo fuit, etiam ipſi ſuperbæ quondam Romæ non prorſus ignota, nam per Romanum Senatũ Quintius Cincinnatus à ſtiua ad dictaturam euocatus, eoq; magiſtratu annis non paucis feliciter vtiliterq; exacto, ad eandẽ redire permiſſus eſt.

Sic

Sic & noſtri Nicolai Maiores & domi inter boues oues'q; ruſtici, & in foro iudices prætores ac conſules fuerũt. Et addidit DEVS ijs etiam eam gratiam, vt non tantum in externa viuendi ac Rempub: gubernandi ratione, verùm etiam in virtute, pietate, cæteris'q; animi dotibus antiquorũ patrum ſectatores eſſent; eadem, quæ illis, olim fides, eadem pietas, idem iuris & æqui amor ipſis ſummè cordi erat, victu parco & frugali vitam trahebant, neceſſitati tãtum, nõ affluentiæ quæſtum facere, neminem lædere, obſequi ac benefacere omnibus aſſueuerant. Pietatis opera in DEVM maximè, DEi'q; vicarios pauperes ſolerter exercebant; in preces profuſi, ſacrorum Eccleſię rituũ & auitæ religionis retinentiſſimi adoratores. Digni deni'q;, quorum nomen etiam poſteris per tantum

ſuæ proſapiæ nepotem longè lateq́; inclareſçeret; Pater eius erat Henricus a Rupe, & Mater Hemmana ſeu Hemma Roberta, ab auita virtute vterq́; nihil prorſus degeneres; anni ſupra dicti die ante calendas Aprilis duodecimo, qui S. Benedicto ſacer eſſe ſolet, benedictum hunc ſuum filium primò aſpexerunt, eumq́; DEO omnium donorum fœcundo fonti, gratijs actis, oculis, manibuſq́; in cœlum ſublatis, veluti primitias Coniugij ſui caſti, dedicarunt.

CAPVT III

Prognoſtica ſanctitatis eius ante natiuitatem

SVNT, qui in dubium vocare velint ea, quę hoc capite aſſerturus ſum, vt ego quidem exiſtimo, nulla alia re niſi incredibilitate portenti

tenti & exempli raritate adeò perculſi, vt rei cæteroquin non paucis argumentis teſtatæ diffidant. Equidem, vt dicam, quod ſentio, nec hos arguere, ſed neq; etiam eos mendacij damnare velim, qui ea quæ ſequuntur ex ore ipſiuſmet viri beati excepta, poſteris ſiue voce viua, ſiue etiam ſcripto teſtata conſignarunt. Et ſunt ea certe huiuſmodi quibus ipſa inſequens Nicloai portentoſa vita tãquã veris eius Sanctitatis prognoſticis, fidem facere poſſit. Quod ſi etiam exempla quærimus, ingens ſeſe nobis offeret eorum Sanctorũ chorus, quorum Sanctitati prodigijs ante natiuitatem Deus præluſit. Tacebo eos, qui multo ante præuiſi ac prædicti, quam concepti ſunt; eos item, qui parentibus non niſi miraculo fœcundis á Deo donati vitam deinde mirè ſanctam

egerunt

egerunt;ex ijs tantùm alterum ter-
tiúmue producam, quos in vtero
adhuc materno concluſos tum alijs
prodigioſis donis, tum etiam vſu
rationis Deus ſupra communem na-
turam ac conſuetudinem impertijt.
Inter quos agmen meritò ducunt
antiqui illi duo Vates Hieremias, &
Ioannes Baptiſta; atq; Seruator in-
primis noſter,eiuſq; intemerata Ge-
nitrix, quos rationis vnà ac ſanctita-
tis compotes iam tum in maternis
viſceribus fuiſſe, nemo negare po-
teſt. De cætero etiam alios Deus ad-
huc in vtero materno non quidem
Sanctos, vt Superiores, ſed tamen
futuræ Sanctitatis ſignis illuſtres ef-
fecit. Çluniacenſium monumenta
memorant S. Gerardum nondum
natum claris vocibus, & gemitibus
parentes reliquoſque ijs aſſiſtentes
perculiſſe. S. Vincentius è materno
vtero

vtero velut ſuggeſtu vitia mortaliū allatrare auditus eſt. Annales Franciſcanæ familiæ produnt, Iacobum à Marchia Anconitana, virū ſanctitatis eximię, propriam etiamnum grauidam matrem prædones fugientē, ex vtero viuâ voce ſolatum eſſe, ac monuiſſe, ne timeret, lento pede vię inſiſteret, inoffenſam domum peruenturam.

In horum igitur numerum referri debet noſter Nicolaus, cui DEVS oculos mentis reſerare voluit, prius quàm oculos corporis aperire poſſet: Vidit enim, vt ipſe teſtatus eſt, in vtero materno cœlum ſuis luminibus pulchro ordine diſtinctum; vidit inter cætera ſidus vnum auguſtius, & longè illuſtrius, quàm cætera, cuius ſeſe radij per totum latè orbem quaquā verſum diffundebant. Quod idē ſubinde ſæpius, aut certè ſimile

ſimile in eremo, oculis ſuis obiectũ apparuiſſe aſſeuerabat. Vidit inter eaſdem anguſtias etiam mõtem ſeu rupem auguſtam, cuius apex ad cœlum vſq; ſeſe erigebat. Vidit deniq; ibidem & ſacrum illud oleum, quo Chriſti athletæ ad extremam ſuam luctam delibuti fortiores euadunt, & hoſtes triumphant. Hæc omnia vidit iſte puſio demonſtrãte illo, qui Moiſi quondam in monte rubum ſine exuſtione ardentẽ, Ioſepho per ſomnium manipulos, ſtellaſq; vndenas, vnà cum Sole & Luna, pronas in ipſius adorationem, qui denique tribus Magis ſtellam Seruatoris nati nunciam demonſtrauit.

Nec mihi dubium eſt, tantorum ei oſtentorum etiam à Deo patefacta eſſe præſagia, eaq; tanta fuiſſe, vt præ modeſtia & demiſſione animi alijs ea reuelare ſubterfugerit. Recenſuit

cenſuit, vt olim Ioſephus Patriarcha, ſimplici voce animoq́; viſa vitæ ſuæ futuræ portenta, interpretationem autem nobis reliquit. Lux ſtellæ in omnes terræ angulos diffuſa vitæ eius innocentiam ac puritatem toti Chriſtiano orbi fulſuram portendebat: Rupes illa ad omnes tempeſtatum quamuis impetuoſiſſimos inſultus infracta, inuictum eius in aduerſis robur, egregiaſq́; ab hoſtibus palmas reportandas, innuebat; oleũ deniq; quod extremæ luctæ reſeruatur, boni principij, propoſitiq́; perpetuitatem, quę ſola coronatur, pręſignificabat. Atq; hæc eum Deus miraculoſè præcognoſcere voluit, antequam naſceretur, vt horum prognoſticorum recordatio quondam ad tam ardua animum eius ſolidiùs obfirmaret. Sed de his iam ſatis; nã quæ ſequuntur, parem imò maiorẽ

habe-

habebunt admirationem, eorumq́; quæ diximus, confirmationem.

CAPVT IV.

Fonte ſacro abluitur Nicolaus.

PRIMA optimorum parentum cura fuit, poſtquam mũdo eum enixa eſt mater, vt quantocius Deo & cœlo renaſceretur; quemq́; in album filiorum ſuorum iam retulerant, in numerum etiam filiorũ Dei referri curarent. Et erat eodem forte tempore paræciæ Saxellenſium, cui natalis Nicolai domus ſuberat, officijs diuinis certis de cauſis interdictum, imò & Curione carebat, vnde in viciniorem pagum Kernenſem hic noſter ſanctitatis nucleus maternis corticibus exutus deportari, ibidemq́; ſacri lauacri aquis, juxta Seruatoris noſtri inſtitutum, tingi debuit, id quod Kernenſis Baptiſterij

labrum

labrum ſaxeum vel hodie inſculptis verbis teſtatur Nicolai nomen non ſine ſingulari Dei nutu ac voluntate ſortitus eſt, vt quàm glorioſus eſſet omnium huius vitæ calamitatum Victor ac triumphator, Diuiq; Nicolai in multis egregius ſectator futurus, etiam nomine prænotaretur. Certè D. Nicolaus vix natus, cùm primis aquis ablueretur, in ipſos infantiles ſuos pedes erectus ſponte ſurrexiſſe, iiſq; ſolus innixus abſque omni humana ope longo tempore ſtetiſſe, dicitur. Sic etiam D. Nicolao cognominis infans noſter vix natus ea continuare cæpit prodigia, quibus initium in ipſo materno vtero, vti dictum eſt, dedit.

Solebat ipſe poſtea amicis, qui ei magis familiares erant, quibuſq; arcana ſua rariora pandebat, inter alia fateri, primo ſe aſpectu & matrem agnouiſſe

agnouiſſe ſuam,& obſtetricem, nec opus habuiſſe doctore vllo, aut experientiâ, cuius ductu ſenſim adoleſcentulus in earum notitiam perueniret. Viam item,per quam è paterna domo ad ædem Kernenſem piaculari vndâ tingendus deferebatur,cum cliuis ſuis & anfractibus jã tum didiciſſe, & deniq; Sacerdotis, eorumq́; qui eum à ſacro fonte leuabant, patrinorum vultus ex eo tempore memoriter retinuiſſe: atq; ab aliorum aſpectibus diſcreuiſſe. Vnicum tantùm inter circumſtãt s virum, quem canities ſenem notauerat,adſtitiſſe, cuius ille aut notitiã aut memoriam quis fuerit, nullam deinde habuiſſet.

Fuit igitur Nicolaus noſter & corpore & animo baptiſmati ſuo præſens, agnouit parentes, quos plurimi iam adulti ſæpè agnoſcere ſe diſſi-

diſſimulant, agnouit eos, qui beneficiorum primitias in eum contulerunt, quorum totæ ſegetes alij ſæpe ſpernunt. Atque hæ tam præcoces huius infãtis cognitiones, quas ipſe à Deo tam maturè ſe hauſiſſe, vt dixi, ingenuè faſſus eſt, mihi rem totã maturiore cogitatu ponderanti, longè de eo etiam altiores cõiecturas ſuggerunt, qui enim ſub pectore materno adhuc latitans ſtellas cœli contemplari potuit, quiq; vix natus parentes, patrinos, ac patronos agnouit, veriſimiliter etiam, multoque potius Deum ſtellarum, omniumq; beneficiorũ fontem agnouiſſe credi poſſe videtur. Quid de alijs myſterijs dicam? eo ipſo tempore lutulentæ, qua ad fontem ſacrũ deportabatur, viæ diuinitùs gnarus fuit; quis igitur dubitet? de ipſo baptiſmo eum lõgè maiora didiciſſe? quas ſordes vnda

ſalubris

ſalubris illa abſtergat? quo loco homines apud Deum conſtituat? quibus meritis aqua ad tam ſublimes atque cœleſtes effectus extollatur? aliaq; ſexcenta Dei arcana, quibus animulam illam adhuc infantilem Deus, quaſi quibuſdam futurarum contemplationum præludijs imbuere dignatus eſt, atq; præparare?

CAPVT V.

Nicolai ſancta pueritia.

HOC igitur modo natus, renatuſq; Nicolaus noſter à primis incunabulis in ſinu optimorum parentum educari atque ex eorum ſanctâ & diligenti diſciplinâ pueritiã agere cœpit. Doctores ductoreſque alios, niſi Deum, Angelumq; tutelarem, non habuit, inde, quamuis omnis litterarũ expers maneret, cœleſtes tamen diuinaſque diſciplinas

maturè

maturè hauſit. Speculum pueritiæ vocârunt, qui mores illius obſeruabant. Nihil puerile in puero, virum grauem puer repræſentabat. Quæ virtutes pueritiam ornare ac commendare ſolent, in ipſo ſummæ erãt; Parentum obſeruantiſſimus nihil antiquius habuit, quam ijſdem morem in omnibus gerere, ac monitus eorum intimo cordi inſculpere. Linguã mendacio fœdare nunquã auditus eſt, qui pueris aliàs malus mos eſt. Nihil illo comius, nihil feſtiuius ac probius erga omnes, vnde ab omnibus & diligebatur, & ſuſpiciebatur. Laſciuum in eo aut leue nihil, inter domeſticos fratres præſertim ac ſorores concors & pacis ſtudioſiſſimus, neminiq́; vnquam, niſi perperam agenti moleſtus aut exoſus erat. Hos ille etiamnum puer delictorum modeſte arguere, ad ſani-

ora conſilia ſuauiter inuitare, & vocis vitæq; innocentia ſingulari ad DEI obſequia promouere conſuêrat.

Sic primam ſuam ætatem Nicolaus illibatam ac prorſus innocuam exegit, quam ſolers atq; ſolicita piorum parentũ cura maximopere, vt ſolet, promouit, nihil enim ad hanc rem efficacius eſſe poteſt. Quemadmodũ enim teneri ſurculi, vt quondam floreant ac fructificent, maturam ſedulamq; hortulani manum exigunt, ijq;, quorum curã tardior ſegniorq; manus negligit, degeneres ac infœcundi facilè proteruntur, ita fructus ex liberis ſuis vberrimos ſperare poſſũt progenitores illi, quorum labor, in ijs ad bonam frugem formandis ſingendiſûe, inſudat, dum adhuc cerei ſunt ac teneri, ne procerior proteruiorq; ætas licentiæ puerili iam aſſueta, quod plerumque euenire parentes,

rentes ipſi dolent, & conqueruntur, ſeueriorem deniq; manum prorſus reſpuat,atq; execretur.

CAPVT VI.

Eiuſdem mira adoleſcentia.

TALEM Nicolai, qualem paucis deſcripſi,pueritiam excepit adoleſcentia eius longè adhuc mirificentior,cum ipſa enim ætate virtus eius probitaſque in dies horaſque ampliſſima ſumpſit incrementa. Ad labores juxta parentum voluntatem ac nutum præter eius ætatis morem, promptus,tolerans,& conſtans erat, primo etiam ipſe diluculo damnatis plumis rus exire,agrorũ pratorúmue culturã exercere, pecorũ armentorumué greges ad paſcua deducere, frumenti fœniq; ſegetes colligere,& quidquid deniq; operæ vires adhuc imbecilliores ferre poterant,ſtrenuè exequi laborabat. Dumque manus

totumq; corpus agreſtibus hiſce induſtrijs fatigarentur, mens interea ipſius inter labores cœlũ ſuſpicere, ingemiſcere, ſolatio diuino deſuper perfundi ſolita erat. Labore in pratis exacto, cùm reliqui ad veſperam domuitionem pararent, ipſe de induſtria operam ſuam cæteris aliquãto longius protrahebat, vt eos ſolus non longè ſubſequi, atque interim attentius cum Deo colloqui poſſet, imò ſæpe, Chriſti Seruatoris exemplo, inter redeundum, parentum ac domeſticorum comitatui furtiuè ſe ſubtrahebat, indeq; à communi ſemitâ declinans, ſecretiorem aliquẽ locum quærebat, vbi arborum virore ac denſitate illectus poſitis humi genibus in Deum ſe totũ effudit; quod cùm parentes non lateret, diſſimulabant tamen, ne pietati eius vllo modo obſiſterent. Cæperat iam tum

con-

conuallem illam vmbroſam ſimul ac riuoſam paternis laribus contiguam, amare & frequentare, in qua olim ſedem prorſus ſolitarius fixurus erat, quam etiam iam tum Deus ſingulariter ad id electã pio adoleſcenti varijs oſtentis demonſtrauit.

Cùm enim die quadam in eodem loco inſtãtius quietiuſúe Deo vacaret, videre ſibi viſus eſt molem ingẽtem, quæ ex collieulo illo, cui poſtea ſacellum eius inie ctum eſt, in aërem paulatim ſe erigebat, ita vt tandem inter ſidera verticẽ abſconderet; ſpecioſiſſimæ ſimul ac munitiſſimæ turris ſpeciem ſpectaculum illud referebat. Rapuit id pij adoleſcentis & oculos, & mentem totam, eamque tantâ cœleſtium deliciarum affluentiâ impleuit, vt ex eâ horâ incenſiſſimo eremiticæ vitæ deſiderio intus vri cœperit; eam enim vitam auguſta

totumq́; corpus agreſtibus hiſce induſtrijs fatigarentur, mens interea ipſius inter labores cœlũ ſuſpicere, ingemiſcere, ſolatio diuino deſuper perfundi ſolita erat. Labore in pratis exacto, cùm reliqui ad veſperam domuitionem pararent, ipſe de induſtria operam ſuam cæteris aliquãto longius protrahebat, vt eos ſolus non longè ſubſequi, atque interim attentius cum Deo colloqui poſſet, imò ſæpe, Chriſti Seruatoris exemplo, inter redeundum, parentum ac domeſticorum comitatui furtiuè ſe ſubtrahebat, indeq́; à communi ſemitâ declinans, ſecretiorem aliquẽ locum quęrebat, vbi arborum virore ac denſitate illectus poſitis humi genibus in Deum ſe totũ effudit; quod cùm parentes non lateret, diſſimulabant tamen, ne pietati eius vllo modo obſiſterent. Cæperat iam tum

con-

conuallem illam vmbroſam ſimul ac riuoſam paternis laribus contiguam, amare & frequentare, in qua olim ſedem prorſus ſolitarius fixurus erat, quam etiam iam tum Deus ſingulariter ad id electā pio adoleſcenti varijs oſtentis demonſtrauit.

Cùm enim die quadam in eodem loco inſtātius quietiuſúe Deo vacaret, videre ſibi viſus eſt molem ingētem, quæ ex colliculo illo, cui poſtea ſacellum eius inic ctum eſt, in aërem paulatim ſe erigebat, ita vt tandem inter ſidera verticē abſconderet; ſpecioſiſſimæ ſimul ac munitiſſimæ turris ſpeciem ſpectaculum illud referebat. Rapuit id pij adoleſcentis & oculos, & mentem totam, eamque tantâ cœleſtium deliciarum affluentiâ impleuit, vt ex eâ horâ incenſiſſimo eremiticæ vitæ deſiderio intus vri cæperit; eam enim vitam auguſta

hac mole ſibi depingi diuinitùs edoctus facilè intelligebat. Quid enim aliud turris in ſolitudine? imò in ipſa turri ſolitudo portenderet? culmen ſuum ſuper nubes in cœlum attollebat, quia hæc ei via ad cœlum deſignabatur, via ſecura, amœna, munita, id quod etiam turris amœnitas ac munimen indicabant. Atq; exinde magis cæpit ſolitudinem frequentare, frequentiam populi vitare, odiſſe turbas. Et quamuis hoc tempore vehemens, vt dixi, amor eum ad ſolitudinem traheret potius, quàm inuitaret, ne tamen immaturo conſilio quidquam apud ſe decerneret, ſolicitè cauebat, diuinam hac in re voluntatem certius exploraturus. A parentum etiam obſequijs interim nec latum vnguem recedebat, nec vnquam ſibi de conſuetis laboribus indulgeri aliquid poſtulabat.

Illud

Illud tamen hic vitæ ſolitariæ prę-conceptus amor iam tum in eo operari cæpit,vt ſenſim victus rationem moderari atq; imminuere inciperet, vnde impubes adhuc primùm quidē ſolam hebdomadæ diem ſextā, mox etiam quartam, ſecundam denique ac ſabathum ſeuero jeiunio conſecrauit. Audierat nimirum,S.Nicolaū Myræ quondam Antiſtitem adhuc infantem Mercurij ac Veneris die etiā materno lacte abſtinuiſſe, ac poſtea eoſdem dies perpetuò eſuriales habuiſſe; alterum item Nicolaum Tolentinum ſeptimo ætatis anno diem Lunæ ac Saturni ciborum abſtinentiâ colere cæpiſſe. Ne igitur tantorū virorum nomen fruſtra ſortitus eſſe videretur,hoc ipſum eorum imitatione veluti mereri,eoque ſe dignum reddere ſtatuit. Verni jeiunij circulum totum non niſi ſicco pane ſic-

ciſque paucis fructibus quotidie ſemel modicè refectus tranſigebat. Multi hanc eius nimiam tam tenerâ ætate erga ſeipſum ſeueritatem improbabant,eiq; exprobrabant, ſupra eius vires eſſe tantam abſtinentiam, augeri in adoleſcētiâ corpus cibis,nō inediâ imminui debere, ad labores ſic impotentem reddi, mortemque ſibi properare. Ille verò modeſte talia improperantibus reſpondere ſolebat, Deum ſic velle, cuius vnius nutu hanc viuendi formam inſtituiſſet,facturum eum,vt ex ea frugalitate nihil damni corpus patiatur,tres pueros in aula Nabuchodonoſoris ante oculos ponerent, quibus vilia legumina,potuſque frigidæ præ cæteris ephebis,qui regijs illecebris nutriebantur,vires formæq; gratiam auxiſſent. Inſpiciant hoc ſpeculum quidā huius æui populares noſtri Heluetij,

quorum

quorum Deus venter eſt, quibus nō niſi caro ſemper in ore eſt, quique omnes abſtinentiæ leges peſſundant.

CAPVT VII.

Nicolai matrimonium.

IAM verò pubertatis annos trangreſſus Nicolaus noſter, ad virilē ætatem robuſtus iuuenis procedebat, quo tempore plerumque à prudentioribus, de reliquæ vitæ ſtatu, conſilijs initis, decernitur. Nec erat ad id opus multâ deliberatione, quin vir illiteratus exerceret, quibus adoleſcens inſueuiſſet; ſed illud tamen in hoc negotio cōſultandū venerat, cælebſné viueret, an ſe matrimonij vinculis illigaret. Vir enim Dei vitæ altioris ſtudioſiſſimus non ignorabat quidem, nuptijs Deum non offendi, ab ijs, qui nec ſtatûs initi, neq;

decretoriæ deuotionis Sacramēto ſponte ſuſcepto impedirētur; diuini tamen illius Oratoris aperta verba eum aliò inclinabant, qui dixit: 1.*Cor.* 5. *Omnes eſſe ſicut meipſum volo. Solutus es ab vxore, noli quærere vxorem. Volo vos eſſe ſine ſolicitudine. Qui ſine vxore eſt, ſolicitus eſt, quæ Domini ſunt, quomodo placeat Deo. Virgo cogitat, quæ Domini ſunt, vt ſit ſancta & corpore & ſpiritu. Beatior erit, ſi ſic permanſerit ſecundum meum conſilium, puto autem, quod & ego Spiritum Dei habeā.* Rapiebant etiam ad ſe caſtiſſimi iuuenis illibatam mentem multorum vtriuſq; ſexûs tam veteris, quàm noui teſtamēti teſtatiſſima exempla, quos perpetuus cælibatus & Deo & hominibus commendatiores fecerat. Atque eorum maxime qui eremi amore, quo etiam ipſe ardenter flagrabat, vt ſupra memoratum eſt, ſe

coniugio

còniugio nunquam mancipârant. Vrgebant tamen aliunde virgineum juuenem ad ſubeundum iugū illud, parentum cognatorumque vota, quibus refragari non conſueuerat, quamuis nec ipſi ſuis monitis libertati eius hac in re quidquā præſcriptum vellent.

Re igitur tam ancipiti diu multumque apud ſe, multoque magis in ſuis apud Deum ſolitarijs conſultationibus agitata, cùm etiam eò ſe intrinſecus impulſu diuino agi ſēſiſſet, parentum tandem iudicio ac voluntati libens ceſſit, & oblatam ex honeſtâ Wyſslingorum familiâ virginem, Dorotheam nomine, ſpe prolis non illecebrâ voluptatis illectus, duxit. Ex veteris interim vitæ rigore nihil in ipſo etiam cōnubio remiſit; nihil hoc marito ſanctius, nihil caſtius; viuebant vnà prorſus vnanimes,

nihil coniux maritum in ſuâ pietate impediebat, ac viciſſim maritus cõiugem ad virtutis culmen itendidem extimulabat. Surgebat ipſe ſæpiùs mediâ nocte maritali thoro, ſociâq; thori annuente ad preces in æde B. Nicolai fundendas vicinum mõtem totâ horâ diſtantem petebat. Inde fœcundi virtutum coniuges, etiam prolis à DEO fœcunditatem impetrârunt, nam eos Deus decem liberorum parentes fecit, æquali vtriuſq; ſexûs numero, quos omnes ſummo ſtudio ac pietate ad omnem Sanctioris vitæ normã fingere pij parentes dies nocteſq; laborabant. Primogenitus filiorum Ioannes adhuc viuẽte patre ſummam in Superiore Siluania præturam geſſit; cui in eâdem dignitate poſt aliquot annos Gualtherus tertiogenitus ſucceſſit. Nicolaus inter filios natu minimus,

cúm

cùm literis operam Baſileæ ac Pariſijs daret, ſupremâ Philoſophicorum ſtudiorum laureâ donatus eſt; in patriâ deinde Curionem egit ad annũ vſq; milleſimum quingenteſimum tertium, quo diem ſuum extremum pie clauſit. Dorothea filiarum prima honeſto infra Siluam viro nupta, honeſtos etiam liberos ei produxit. Cæterorum nomina, quamuis hominum memoriâ exciderint, DEO tamen probe perſpecta æternum viuere non dubitamus.

CAPVT VIII.

Nicolai militia.

MARTIA ſemper fuit, & bellicoſa Heluetiorum natio, armiſq; à puero prope innutrita atque aſſueta, quibus eo maxime tempore frequentiùs exercitabantur, quo ſe, propitio Deo, in libertatem, quâ eti-

amnum perfruuntur, vindicârunt. Non erat tum cuiq; liberum nomen dare,ſed ad certa quique Signa conſcripti,cùm Patriæ neceſſitas poſtularet,eaque magiſtratûs nutu atque authoritate in publicum efferrentur, ſepoſitâ togâ,ſago indui, atque pro ſtiua & raſtro,haſtam & gladium tenere cogebantur. Cùm igitur circa annum Domini M.CD. XXXVI. neſcio quid controuerſiarum,Tigurinos inter atq; Suitenſes natum eſſet,idque multis etiam, ſummiſque interceſſoribus aliquot annis ſtabiliter componi non poſſet,bello tandẽ armiſq; quadrageſimo quarto ſupra milleſimum quadringẽteſimũ anno res decretoriè commiſſa eſt. Sequebantur Cantonum pleriq; Suitenſiũ partes contra Tigurinos, inter quos & Subſiluani erant. Tenuit pertinax Bellona vtrinque infeſtos animos

manuſq;

manuſque ipſos ſeptem annos, vbi tandem multis vtrinq; cladibus exhauſti, Magnorum Virorũ interuentu arma depoſuêre. Huic bello noſter Nicolaus ſua ſigna ſecutus interfuiſſe fertur; quamuis enim natura pacis quàm belli eſſet amantior, ac mitioris ingenij, refragari tamen vocanti Magiſtratui ac periclitanti Patriæ pacis amore ſolum non ſucurrere, pro crimine habebat.

Adſuit etiam anno M. CD. LX. expeditioni illi, cuius occaſione Heluetij ad arma proritati incruento pæne Marte Comitatum Turgoiæ ſuis ditionibus adiecerunt. Erat manu ſtrenuus in conflictu, vrgebat pro viribus atque adiuuabat victoriam; deuictis tamẽ hoſtibus parcendum, victoria moderate vtendum, atq; à fundorum deuaſtationibus abſtinẽdum ſolerter monebat. Viduarum

ac pupillorum etiam in hoſtili ſolo patronum ſemper egit, captiuorum ipſe ſolatium erat, à rapinis iniuſtis commilitones itendidem dehortabatur, vnâ manu haſtam, alterâ piaculares orbiculos ſemper rotabat, adeò vt non niſi ſanctam omniſque labis expertem militiam, ad inſigne etiam poſterorum exemplum, militaret.

Illud ei inter alia peculiare in illâ, quam dixi Turgouienſi expeditione eueniſſe legitur. Dieſſenhofen oppidum eſt in Turgoia ad Rheni ripas ſitum, cui vicinum adiacet Sacrarum Virginum cœnobium, Vallis D. Catharinæ nuncupatum, eò ſe hoſtes ex fuga abdiderant. Hos aſſequuti Heluetiji vnà cum Cœnobio flammis delere cùm iam decreuiſſent, interponere ſe, poſt fuſas ante crucifixi iconem preces, miles noſter, pro hoſtibus

ſtibus ac loco ſacro intercedere, flammas iam paratas reſtinguere, ſpondere, ac vaticinari; breui ſuápte ſponte hoſtes inde ceſſuros, eumq; locum deinceps multis ſæculis pietate ac religione inſignem perſtiturum. Obtinuêre eius preces, ac breui vaticinio reſpondit euentus, nam & hoſtes locũ paulò pòſt deſeruerunt, & ſocijs gaudio fuit, loci ſacri violatione abſtinuiſſe. Hiſce demum prælijs feliciter, vt dixi, confectis, cùm Nicolaus noſter bis victor domum redijſſet, caſtris deinceps profanis abſtinuit, ſanctiori paulo poſt militiæ nomen daturus; quo tempore haud dubiè pluribus conflictibus nõ quidẽ corpore, ſed animo præſens fuit, vti ea, quæ deinceps de prophetico eius ſpiritu dicturus ſum, facilè demonſtrabunt.

CAPVT

CAPVT IX.

Honores auerſatur Nicolaus.

QVos alij ſummo ſtudio ambiunt mundanos honorum apices, Nicolaus noſter ſeriò ac perpetuò auerſatus ſpreuit, latere maluit quàm eminere, ſibi ſoli, quàm alijs pręeſſe, ſeipſum quàm alios iudicare. Cōſiderabat altè, inimicos eſſe quietæ mentis forenſes tumultus, penſabat faſtigiorum ad lapſus pericula, certiorē eſſe in plano aut imo, quàm ſummo ſtationem, diſtrictiori quondam judicio judices judicandos, & grauiori pœnâ damnandos. Vidit eos, qui alios regunt, plerumq; plurimis ijſq; peſſimis animi paſſionibus duci ac regi; nunc fauore mentē agi, nunc inuidiâ ſtimulari, aliàs pecuniâ, aliàs vanis adulationibus corrumpi, ſæpe ſanguinem de veritate & æqui-

tate

tate triumphare, prævaricationum deniq; in altioribus officijs nec modum nec finem eſſe. Vnde dignitates potius cœleſtes ex imo ſuſpexit, cœli potiùs honores ambijt, prę his luteis atq; periturisaibi nihil lubricum metui, animum ijs in tranſuerſum agi non poſſe didicerat, ideoq; magnus eſſe non inter homines, ſed apud Deum ſatagebat. Conuenerant ſæpe tota illius Rèip. Comitia communibus votis ac ſuffragijs, ſummum illi, cuius fidem & induſtriam in minoribus officijs experti eſſent, inter ſuos magiſtratum committere, vrgebant, perurgebant, rogabant, obſecrabāt, aptum, dignum proclamabant; ille verò non tergiuerſari, ſed prorſus renuere, reſpuere, obteſtātibus adamantinum pectus oſtendere, hoſtes eos cenſere, qui ei hoc in negotio patrocinarentur; prædicabant alij pru-

CAPVT IX.

Honores auerſatur Nicolaus.

QVOS alij ſummo ſtudio ambiunt mundanos honorum apices,Nicolaus noſter ſeriò ac perpetuò auerſatus ſpreuit,latere maluit quàm eminere,ſibi ſoli, quàm alijs prçeſſe,ſeipſum quàm alios iudicare. Cõſiderabat altè, inimicos eſſe quietæ mentis forenſes tumultus, penſabat faſtigiorum ad lapſus pericula, certiorẽ eſſe in plano aut imo, quàm ſummo ſtationem,diſtrictiori quondam judicio judices judicandos, & grauiori pœnâ damnandos. Vidit eos,qui alios regunt,plerumq; plurimis ijſq; peſſimis animi paſſionibus duci ac regi;nunc fauore mentẽ agi, nunc inuidiâ ſtimulari,aliàs pecuniâ, aliàs vanis adulationibus corrumpi, ſæpe ſanguinem de veritate & æqui-

tate

tate triumphare, præuaricationum deniq; in altioribus officijs nec modum nec finem eſſe. Vnde dignitates potius cœleſtes ex imo ſuſpexit, cœli potiùs honores ambijt, prę his luteis atq; perituris; ibi nihil lubricum metui, animum ijs in tranſuerſum agi non poſſe didicerat, ideoq́; magnus eſſe non inter homines, ſed apud Deum ſatagebat. Conuenerant ſæpe tota illius Rèip. Comitia communibus votis ac ſuffragijs, ſummum illi, cuius fidem & induſtriam in minoribus officijs experti eſſent, inter ſuos magiſtratum committere, vrgebant, perurgebant, rogabant, obſecrabãt, aptum, dignum proclamabant; ille verò non tergiuerſari, ſed prorſus renuere, reſpuere, obteſtãtibus adamantinum pectus oſtendere, hoſtes eos cenſere, qui ei hoc in negotio patrocinarentur; prædicabant alij pru-

prudentiam eius, vitæ innocentiam alij, alij alia Dei ac naturę dona digna imperio, ipſe gnarus hæc omnia facilè perdi imperio, hoc ipſo, quàm illis, carere pertinaciter maluit. Et euicit deniq; tenax propoſiti animus, vt ei tandem moleſti eſſe deſiſterent.

Moleſtabant tamen ſæpe priuatũ, qui in publico moleſtias fugiebat; aſylum erat patriæ, ſummi, infimi eius conſilio res ſuas geri cupiebant, conſilia eius pro oraculis habebant, atq; ita inter lares ac rura domeſtica Conſulem agens, minore cum diſpendio quàm in Curiâ, vanos interim honores ac faſtus euitabat.

Neque verò vſq; adeò mirũ erat, hominem quotidie diuinitùs erudiri ſolitum, tam alienum fuiſſe ab omni humanâ pompâ, vt honores ac officia publica execraretur, quorum pericula ac ruinas ei DEVS manifeſtis pro-

prodigijs ſæpè oſtendiſſet. Lis aliquando in foro agitabatur, cui adſtitit officij gratiâ Nicolaus. Feruebant vtrinque partes, ſuum quæque ius prætendebat, & propulſabat iniuriã ſtrenuè, cúmq; tandem ad ſententias à iudicibus ferendas ventum eſſet, & omnium oculi atq; ora eò intenta hærerent, etiam Nicolaus noſter intentus in Iudices, cauſæ deciſionem auidè exſpectabat, eoſque, vt eſſent æqui tantæ rei æſtimatores, quos nutare ſenſerat, ſeuerè admonebat. Et ecce prodigium ingens, flãmæ prorumpebant, vnde verba exſpectabãtur, flãmæ ſulphureę, fœtidæ; quaſi ex AEthna quadã, vel potiùs ex tartaro euomerentur, ita ex nonnullorum Iudicũ ore ac linguâ protrudebãtur. Attonitus ad hoc ſpectaculum Nicolaus, qui ſolus fumantia Iudicum ora intuebatur, rem tam inſolentem altiori

altiori indagine perſcrutari cœpit; has flammas haud dubiè corruptelæ indices eſſe, fumare ex incenſo pectore iniquos fauores muneribus clã acceptis ſuſcitatos, ignibus æternis euanidos hos ardores præludere, quibus iniuſti præuaricatores aliquãdo iuſto Dei iudicio excruciandi eſſent. Atq; ex eo ipſo tempore longè iam ſtudioſiùs, quã ante, huiuſmodi dignitatum pericula aſpernabatur, cùm videret malos iudices tartarum in pectore circumferre, cuius proditores ignes ex ore prodeuntes tam luculentè ſpectâſſet. Ita nimirum ſibi Deus electam animam manifeſta ſalutis diſpendia fugere docuit, vt eò liberiùs ſubinde euolaret, quô eam trahere denique cogitabat.

CAPVT X.

Impugnatur ab hoſte infernali.

TENEBAT adhuc eum vitæ curſum Nicolaus inter domeſticos, vxorem ac liberos, quem ſupra dixi, laboribus diem, noctes precibus dabat, ac diuinis commentationibus, idq; tamen domeſticos ſtudioſe celare, ac diſſimulare laborabat. Mos illi erat veſperi horâ quietis cõſuetâ cum reliqua familia cubitum ſe recipere, interquieſcere nõnihil, ſed mox interrupto ſomno, cùm cęteros omnes eo arctius oppreſſos animaduerteret, lectulo damnato ſenſim ac ſine ſtrepitu, cubiculo exire, in genua prouolui, calidiſſimis cum Deo collocutionibus totum reliquæ noctis frigus temperare. Perfundebatur interim ſolatijs à Deo vberrimis, quæ etiam in corpus redundantes longe

ipſi

ipſi melius quàm ſomnus, vires reparabant, atq; ad antelucanum laborem cæteris vegetiorem ac fortiorem reddebant.

Verùm id humani generis fatales hoſtes grauiſſime ferebant, vnum hominem rudem, plebeium, ruſticanum tot experiri diuinos fauores, tot virtutibus eminere, vitam tam innocuam ducere; ſuſpectæ ipſis erāt eius perpetuæ vigiliæ, abſtinentiæ, eleemoſynæ; profectum Nicolai cōtemptum, imo perniciem ſuam interpretabantur; exemplo ſuo plures poſt ſe tracturum, atque ex inferni faucibus ingentem prædam, deniq; ereptur ū metuebant. Clandeſtinis ergo primum cuniculis eum vel omnino ſubuertere, vel ſaltem labefactare nitebantur, ſuggerebant verſute varia, quibus vel á cæptis pie ac religioſe exercitijs retardaretur, vel à propoſito

ſito ad cœlum itinere prorſus auer-
teretur. Cùm verò ipſe ad omnes eo-
rum occultos conatus inconcuſſus
perſtaret, ita vt eum ne ad minimam
quidem impatientiam vnquam per-
trahere poſſent, eum tandem aperto
ac violento Marte adgredi conſtitu-
erunt. Cædebāt eum aliquando, tru-
debant, affligebant varie, vt vel ſemel
illi bilem mouere poſſent, ſed fruſtra,
inuictus DEI athleta ridebat eorum
inſultus, animique ſui magnitudine
corporis moleſtationes fortiter elu-
debat.

Rus aliquando ſeceſſerat, comite
filio natu grādiore, viſendi curādiúe
pecoris gratiâ, dumq; filius in ſtabu-
lo pecori operam intentam nauat,
ipſe foris extra caulas ſentium ac ru-
borum renaſcentia impedimenta,
quæ paſcuis nocebant, deruere ac ex-
tirpare laborabat. Arripit hanc no-

cendi occaſionẽ truculentus hoſtis, adeſt improuiſus, medium corripit innocentem virũ, in altum ſuſtollit, ingentique impetu per denſiſſimum ſpinis ſenticetum ad decliuiora triginta circiter paſſus inde diſtantia prata excuſſum eiaculatur. Afflictus tam graui caſu Nicolaus exanimis propè, totoq; corpore, lacer ac ſanguine madens iacebat, cùm interim filius re ſtabulariâ confectâ prodiens parentem in opere, in quo eum reliquerat, quærit, inclamat, & denique diu quæſitum eo, quo diabolus abiecerat, loco, ſeminecem, maleque vepribus conciſum reperit. Eleuat humo, fouet, humeris inijcit pius filius dilectum parentem, in caſam ad focum anhelus deportat, in frigida atq; languentia membra animam recedentem calore paulatim reuocat, donec tandem ad ſe rediens fortis

Athleta

Athleta placidâ ſerenâque fronte ad filium conuerſus, *Benè* inquit, *atq; in nomine Domini; quam crudeliter me meus antagoniſta proſtrauit? verumenimvero, hæc Dei voluntas fuit, atque conniuentia, ſine qua ne tangere me quidem tartarea beſtia potuiſſet.* Ex eo verò tempore non tantùm minas ac infeſtationes eius non timuit, ſed etiam forti pectore ſpreuit.

Ruſticanti aliquando in agro ſuo filiola non procul aſſidebat, quæ ſubitò exterrita exclamare, vociferari, ac parentis opem implorare cæpit; rogata quid tãtopere exhorreſceret; Ater, inquit illa, moloſſus ecce adeſt, vnum tantùm in fronte oculum habens, qui me apertiſſimo rictu deglutire molitur. Cui Nicolaus agnoſcēs Cerberum, noli filiola, noli, inquit, metuere, latrare poteſt, mordere nõ poteſt, nocendi voluntatem habet,

poteſtatem non habet. Quo dicto ſpectrum ex oculis protinus euanuit. Eadem prælia cum hoſte teterrimo Nicolaus noſter, glorioſus ſemper victor, experiri crebrò debuit, quæ præliati ſunt ante eum plerique viri illi, qui vitæ morumq́; innocentia ac ſanctitate cæteris prçcelluerunt. Nouimus ipſum Seruatorem noſtrum ab eodem hoſte non tantùm duello laceſſitum, ſed etiam ex eremo ſublatũ in editiſſimum montis templíue Hieroſolymitani ſupercilium tranſvectum eſſe; cumq́; eum inde deturbandi poteſtatem hoſtis nõ haberet, ſolicitâſſe tamen, indemnitate promiſsâ, vt ipſe ſe proſterneret. Nouimus & perantiqua Iobi viri quondã tolerantiſſimi aduerſus eundem hoſtem certamina, quibus non tantùm fortunis omnibus, liberiſq́; ſed etiã carne, imò & vitâ propriâ prope exutus,

tus, ſuperior tamen eodem inimico fuit. Quid opus eſt pluribus plures enumerare? Paulos, Antonios, Ignatios, Franciſcos, Margarethas, Anaſtaſias, Bibianas, innumeros alios Sanctos? quibus conflictus graues cũ hoc hoſte diuinitùs decreti ſunt? An ideò Sancti non fuerunt? an ideò Numini diuino diſplicuerunt? Erras, erras à vero, quiſquis ita iudicas; probari per omnia diſcrimina vult Deus, quos diligit; non parcit in hâc vitâ, quibus æternùm parcere decreuit. Corrige ergo quiſquis es, miſer, ſententiam tuam, ne quas pugnas hic experiri non cupis, in futura æternitate exſpectes.

CAPVT XI.

Ad altiorem vitæ rationem Nicolaum Deus vocat.

PLACENT vtiq; Deo homines illi, nec eſt, quod de ſalute ſuâ

diſſidant, quicunq; communem viuendi rationem ſecuti, recte tamen agere,atq; in omnibus frugi eſſe Nicolai noſtri exemplo didicerunt. Attamen ea nihilominus eſt prępotētis Dei conſuetudo, vt quos ſibi velut ſingulares amicos arctiori ac familiariori coniunctione copulare conſtituit,hos ad ſublimius etiam perfectiuſq; vitæ inſtitutū prouocet, quò liberius, à rebus profanis expediti,ſe totos Deo permittant. Atque hanc ipſam voluntatem ſuam,quibus placet,varijs modis inſinuare nouit, reluctantes enim terroribus impellit, prōptos ac pronos blanditijs inuitat; alios piorum hominum voce ac ductu trahit,alios deniq; inſolitis ad ſe rapit mentis illuſtrationibus. Horum è numero ſingularium Dei amicorū fuit etiam Nicolaus noſter,quē Deus ſolus totum poſſidere,atq; ab eo præ

cæteris

cæteris totus poſſideri voluit. Eum proinde præclaris nonnunquam oſtentis clarè edocuit, quantos res fluxæ atq; perituræ perfectò in DEVM amori obices objiciant, quam vana ſint hominum terrenis ſeſe negotijs occupātium ſtudia, quanto demum fauore cœlum eos proſequuturũ ſit, quibus terra penitus ſorduiſſet.

In paſcua ſua cùm aliquando greges atq; armenta propria pabulatum emiſiſſet, ſeorſim ipſe ſibi more ſuo, vt dixi, locum ad preces Deo fundendās idoneum elegit; vbi humi ſedens toto ſe mentis impetu in cœlum librauit, terræq;, cui inſidebat, penitus oblitus, ſuperlunarium rerum contemplatione abſorptus aliquandiu hæſit. In eo mentis exceſſu Deus illi lilium portentoſum oſtendit, niuei coloris, & odorem non niſi æthereũ longè lateq; exhalans. Prodibat ex

ipſo Nicolai ore veluti in eius viſceribus natum, & floribus ſuis in altum porrectis cœli videbatur fornicem attingere. Huius igitur tam inſolẽtis germinis cum decore, fragrantiâ atq; proceritate diu ſatis perfruitus, maximeq; admirandum eius ortum atq; originẽ miratus eſſet, greges paſſim pabulantes viro Dei paulatim appropinquabant, atque inter eos equus, quem cæteris generoſiorem, ac nitidiorem alebat, coram eo caſu oberrabat. Reuocato igitur ex cœlis vultu, atq; oculis in hunc equũ deiectis, ſubitò etiam lilium illud caput è cœlo ſuâ ſponte reuocare, in arcum curuari, & ad iumentũ ita inclinari cæpit, vt tandem ab eodem dentibus correptum, & ex ore vnde prognatum videbatur, violenter extractum prorſus abſumeretur. Tum verò in ſe cõuerti vir Sanctus, rem hãc altiùs pen-

ſitare,

ſtare, animo turbari, confundi, ſeipſum increpare. Itané ergo? lilium? & lilium pulcherrimum peſſum eat? quod ex ore meo prodijt? quod cœlum tetigit? O odorem? O candorem? equus decoxit; equidem iam deniq; ſentio, quod res eſt. Nimium diligo hos diuinæ ſuauitatis deco-ctores, hos ſanctæ quietis interturbatores. Delicatæ nimis ſunt hæ beſtiæ, quæ non iam gramina, ſed lilia depaſcuntur, claudendus eſt hortus, excludendæ feræ, ne fluxis his rebus, ſed cœlo & Deo excreſcant hæc lilia. Ex eâ igitur ipsâ horâ crebrius magiſq; ſerio cogitare cæpit qua ratione Deo ſoli deſertis hiſce inanijs adhæreret.

Aliàs cùm denuo per loca deuia meditabundus oberraret, eminus ad ſe tendentem virum cōſpexit, formâ ſpectabilem, canitie decorum, grauē

inceſſu. Progrediebatur lentè,atque interim ſuauiſſimè iucundus modulabatur. Varius erat concinentis ſonus,vnâ ſolâque voce canticum inchoabat,mox trium diſtinctarũ vocum concentus exaudiebatur, qui denique ad primã rediens harmoniã repetitâ ſolâ voce abſoluebatur. Vbi deniq; ad eum grãdæuus ille propius acceſſit,omiſſis modulis, caput aperire,génu curuare, ſtipem gemebundus rogare cępit. Nicolaus ſine omni cunctatione crumenam pandit atq; erogat liberaliter,quod rogatus fuerat. Infinitas ille viciſſim gratiarum actiones reuerenti atq;demiſſo geſtu Nicolao refert,ac ſimul in momẽto ex oculis eius euaneſcit,eumq; ingẽti perfuſum mentis dulcedine ſolum relinquit. Atq; tum deniq; Nicolaus mendicum agnoſcere, in genua & gemitus proruere, fontem bonorũ

omniũ

omnium venerari, vnum naturâ, trinum perſonis adorare, aſſentiri myſterio, Deum vnum in vnâ voce, in tricinio tres perſonas ſubtili cognitione inſtructus admirari, de ſtipe in Dei manus reſignatâ lætari, vnũ illud dolere, quod nõ ſeipſum totum pro ſtipe ditiſſimo liberaliſſimoq; mendico donâſſet.

Viam deinde ſuam in eâdẽ eremo proſequutus alio rurſus ſpectaculo prodigioſo diuinitùs inſtitutus eſt. Pagum ſibi videre atque adire viſus, rarum quidem atque infrequentem domicilijs & habitatoribus, inſignẽ tamen eminenti palatio, quod amæniorem pagi locum occupabat, inue-nit. Rapuit ad ſe arcis venuſtas animũ admirantis, atq; ad ingreſſum inuitauit. Nec mora, adit locũ, fores apertas ſubit, atq; in primo ſtatim aditu, ſcalas, & ſub ſcalis fontem offendit;

miratur vtrumq;, nam ſcalæ cùm eſſent amplæ ac magnificę, denis tamē tantùm gradibus aſcendebantur, & fons perenni quidem ac profuſâ, occultâ tamen ſcaturigine non aquam, ſed mel, vino, oleoq́; mixtum fundebat. Superatis deinde ſcalis, magis eum attonuit crater hauſti ex ſubiecto fonte liquoris plenus, qui ſupremo gradui, veluti ad ſitim reſtinguēdam paratus, inſiſtebat. Accedebat etiam vox, quæ illud Seruatoris clarè ingeminabat. *Qui ſitit, huc veniat, & bibat: Io. 7.* ſtupebat interim pius ſpectator raritatem hoſpitum: vix enim paucos ſuauitate eius nectaris, ac liberali inuitantis voce pellectos confluere videbat. Hoc deniq; tam portentoſo ſpectaculo cùm ſatis diu oculos mentemq́; oblectâſſet, ſimulque etiā nectareo illo liquore auidū guttur liberaliter proluiſſet, in vicinū campū

campũ foras prodiens in innumeras illic hominum cateruas promiſcuè campum oberrantes incurrit; diſcurrebant formicarum more diuerſi diuerſis occupati negotijs, omnes tamen ſoliciti lucro tantùm inhiabant. Quidam nectendis ſepibus inſudabant, alij fluminis ripas ponte iungebant, & vtriq; à tranſeuntibus vectigal ſolerter exigebant. Fuêre multi qui iucũdiore opere tibias, tympana ac fides increpabant, qui tamen & ipſi à ſaltantibus mercedem exſculpebant; alij denique alijs laboribus ſtrenuè intenti lucro ſtudebant. Attonito ad hæc Nicolao ſubitò adfuit diuina lux, quæ eum ita illuſtrauit, vt facile intelligeret, portenta hæc omnia, quid ſibi vellent. In perenni illo fonte Deum omnis boni inexhauſtũ fontem ſpeculabatur, tribus illis ſuauiſſimis liquoribus eiuſdem vnius

fontis,perſonarũ triadem hauriebat, in denis ſcalæ gradibus Decalogum legebat, diuinæ cognitionis craterē propinari colligebat his, qui ſcalas Decalogi percurſas tranſcendiſſent. Inuitari multos, imò omnes mortales ad precioſas has delicias, paucos tamen concurrere, imò fere nullos; vulgò ab hominibus meras inanias, quiſquilias, lucra temporaria quæri, eò tandem omnia illorum ſtudia ac conatus omnes ferri. Vnde ipſi denuò nouus accedebat ſtimulus ad fluxa hæc prorſus deſerenda, ſeſeque totum fluentis illis perennibus immergendum.

Alio rurſus tempore, cum domeſticis neſcio quibus operibus diſtineretur, tres ad ſe venientes viros graues, habitu ſimiles, æquales ſtaturâ, atq; ad ſpeciē ætate pares excepit, quorum primus ad Nicolaum ſeriô con-

conuerſus: Nunquid, ait, Nicolae, placet tibi, vt noſtræ te poteſtati atq; arbitrio totum corpore animoque dedices ac permittas? Ad hæc Nicolaus toto cordis affectu reſpondit: Ego vni ſolique præpotenti Deo, nec alij, deditionē mei totius facio, cui iā pridē totis quà corporis, quà animi viribus famulari deſidero. Tum verò tres illi viri renidenti ac hilari fronte capita veluti conferre, ſubridere, annuere, & primus denuo virū Sanctū hiſce ſolari: Si ergo, inquit, te decretoriè vnius DEI obſequio totum mancipâſti, age quod agis, cæptoque conſtanter calli inſiſte, vbi enim ſeptuageſimum ætatis annum exegeris, corporis ergaſtulo omnibuſq; mūdi ærumnis liber ad cœlos euolabis, vt illic debitam laboribus tuis mercedem recipias. Occurrent interim certamina multa, multâ tolerantiâ, robore

robore multo depugnāda, ſed macti eſto animi miles, vinces, triumphabis hoſtile quidquid euenerit. Et quamuis nunc tibi nihil niſi crucem humeris tuis iniectā ad noſtri memoriā relinquimus, erit tamē olim, cum te multis alijs comitatum, quos ſcilicet exemplo tuo tecum trahes, lætiore ſinu excipiemus, eos tu veluti magni exercitus ſignifer in æternitate illa duces, vexillum præferens, quod vrſini pedis pictura, veluti perſeuerantiæ tuæ ac roboris ſymbolū, notabit. Atque cum his dictis viri illi videri deſierunt, relicto in Nicolai corde ingēti deſiderio ad ei ſoli ſeruiendū, qui ei iam ſæpius voluntatem hac in re ſuam tot indicijs declarâſſet.

His alijſq; crebris illuſtrationibus inſtructus Nicolaus noſter à Deo, cū deniq; vice quadam prædium quoddam ſuū pedes peteret, atq; interim

pro more mentē in Deum abreptus, id vnice ſibi tandem demonſtrari vrgeret, quánam deniq; viuendi norma Deo ſoli viuere ac placere poſſet ecce tibi ſubitò de cœlo ad eum nubes pulcerrima deuolui cępit, ex qua vox delapſa in hunc ei ſenſum reſpondit: Incaſſum quærere, variáq; anxietate animi turbari, dum de vitæ inſtituto ambigeret, quaſi verò ſuapte ingenio, ac viribus proprijs nixus, rem tā arduam adgredi ac perficere poſſit; Quin potius, inquit vox illa, curas has omnes vnâ cum toto mundo abijcis? Quin te tandem, vt iam pridē facere recepiſti, Dei nutui libens volenſq; offers? an neſcis promptum, liberum ac liberale ſacrificium Deo acceptiſſimum eſſe? excute igitur impedimenta omnia, in Deum te totum proijce, & quidquid deniq; de te ipſe ſtatuerit, id toto pectore amplectere.

plectere. His auditis vir Sanctus faſtidire iam prorſus veterem vitam, diuitias, vxorem, liberos aſpernari, abdicationem omnium meditari, ſolitariam vitam ambire, ac denique ſolerti ac circumſpecta indagine media eam amplexandi indagare cæpit, vt mox pluribus aperiemus.

PARS ALTERA.

Vitæ ac rerum geſtarum Nicolai de Rupe Eremitæ Heluetij

CAPVT I.

Cum coniuge de vitæ mutatione deliberat.

ET jam Nicolao mundus, omniaq; mundana ita prorſus euiluerant, itaque apud eum cœleſtis vitæ votum inualuerat, vt nimis anguſtũ ſibi totius Orbis ambitum ad habitandum

tandum cenſeret, ac de cætero non niſi ampliora cœlorũ ſpatia ad vitæ reliquum trãſigendum diligeret atq; ambiret. Decreuit igitur abdicatis omnibus patriam deſerere, atq; eremo ſe abdere, vnde demum incognitus omnibus, liberrimos ad ſuperos cœlorum campos excurſus haberet. Vnicum erat vinculũ, quo ſe adhuc ligatum circumſpiciebat, quodúe ſolũ abrũpere ſe nec velle nec poſſe ſine ſcelere videbat. Vinculũ id erat coniugij, quo adſtrictus adhuc tenebatur, quodque ſolum à concepto propoſito eum retrahebat. Sed & illud tandem diſiecit, modo nõ quidem illicito aut violento, ſed quo didicerat, etiam Chriſti Seruatoris noſtri diſcipulos idem olim vinculũ diſcidiſſe Mat. 19. Iuſſerat is præclariſſimus Doctor Diſcipulos ſuos inter cætera etiam coniuges ſuas relinquere;

quere; reliquerunt, ac poſtliminiò ad eas deinceps non redierunt. Reliquerunt, inquam, non repudiârunt, inuitas non deſeruerunt, ſed volẽtes ac conſentientes. Id ipſum ergo & Nicolaus tentare decreuit, memor verborum, quæ Vas electionis Corinthijs ſcripſit, 1. *Cor* 7. quæq; Nicolaus verecundius, ſaniuſq;, quàm nũc multi, interpretatus eſt. *Fraudare ſe inuicem* coniuges permiſit D. Paulus, *ex conſenſu tamen vtriusq;, vt orationi ac abſtinentiæ vacent*. At verò, occurrunt multi, *ad tempus* id permiſit, non in perpetuum; iuſſitque illos deinde *in idipſum reuerti*. Erras, mi homo, quiſquis es, ad tempus indulſit abſtinere, non præcepit; indulſit poſtea in idipſum reuerti, non mandauit; *Hoc autem*, inquit, *dico ſecundũ indulgentiam, non ſecundum imperiũ.* Conſuluit igitur continentiam coniugibus

iugibus ad tempus, vt ſanctius atque expeditius pietati in Deum indulgeant. Quid verò ſi totâ vitâ id facere decernant? num hoc vetat Apoſtolus? nec vetat, nec præcipit, ſed idipſũ permittit, ac conſulit ijs, qui incontinentiæ periculum exinde non metuunt, ac libidinem omnem diuinitus adiuti generoſè frenare ac domare cupiunt. Id Pauli conſilium ſecutos Nicolaus non erat, ingentes quondã coniugum greges, perpetuò continuiſſe in ipſo matrimonio mutuo conſenſu Nutricium ac Genitricem Dei; Valerianum ac Cæciliam; Iulianum ac Baſiliſſam; Marcianum ac Pulcheriam; Henricum II. Imper. ac Cunegundem; Boleslaum V. Polonorum Principem ideo pudicum appellatum, ac Cunegundem prioris æmulam; Cõradum Regem Henrici IV. Imper. filium, & Mathildem; Al-

phonſum

phonſum item I. Aſturum Regem, qui cum coniuge continentiam obſeruans, caſti nomen promeritus eſt; Carolū Craſſum ac Richardem Reginam; audierat etiam Pharailden Pipini neptem perpetuam in cōnubio virginem fuiſſe; Eduardum item III. & Editham coniuges ac virgines, Ethelredam Orientalium Anglorum Reginam bis coniugem, perpetuò virginē, alios denique quamplurimos, quibus in ipſo coniugio cōtinentiæ, quàm coniugij amor plus cordi erat. Horum igitur pręclaro motus exemplo Nicolaus cōiugi ſuæ rem deniq; aperire, eiuſq; animum ad perennem continentiam ſolicitare cæpit. Non placet, inquit, O coniux, ita amplius, vti hactenus, viuere, Deoq; trahenti reluctari, ſecretò deinceps viuere placet, procul patriâ, procul liberis, procul etiam te coniuge. Ea prorſus eſt

Dei voluntas, multis mihi hactenus argumentis demonſtrata, cui refragari neſas eſſe etiam tu nôſti. Tuâ ergo id agere veniâ, tuoque conſenſu mihi vt liceat, etiã atq; etiã obteſtor, hoc ipſum à te ſi impetrem, pro ſummo beneficiorum numerabo, quæ vnquam in me contuliſti. Addidit deinde etiam illud, non eſſe, quod de onere liberorum, & de cura rei domeſticæ multùm angeretur, liberos iã prope ita adoleuiſſe ac maturuiſſe pleroſq;, vt paternâ curâ non egeant; rem verò familiarem Dei beneficio loco eſſe tam copioſo, vt ſedulæ matrisfamilias operâ atq; induſtriâ facilè cõſeruari poſſit; quin etiam experiri ſe dicebat, quod quanto plus quotidie in diuinis proficeret, tanto ad humana inutilior efficeretur. Hæc, horumq; ſimilia cunctanti coniugi ſuggerebat ſæpius, deliberandi enim tẽ-

pus

pus & illa prudenter popoſcerat, tamq; graue negotium, non ſine cognatorum, aliorumq; intelligentium hominum conſilio decerni poſſe ac debere iudicârat. Conſpirantibus tandem omnibus, quotquot rem maturo iudicio examinauerant, cedendum diuino placito, dãdum hoc ſingulari Dei amico, vt Deo ſolo, curis omnibus exſolutꝰ, liberrime frui poſſit, ceſſit deniq; & ipſa coniux, ac renunciauit iuri ſuo libens volenſq;, & coniugi cariſſimo non ſine fluentibus lacrimis datâ dexterâ liberam quoquò abeundi poteſtatem fecit. Incredibile dictu eſt, quanto Nicolaum internæ voluptatis ſenſu conſenſus iſte perfuderit, alterum iam pedẽ inter ſidera poſuiſſe ſibi videbatur, nec apparebat aliud quidquã, quod ei remoram obijceret, quo minus propediem conceptum iam dudum

ſubli-

ſublimioris vitæ inſtitutum plenis vlnis amplecteretur.

CAPVT II.

Patriâ exire parat.

OBTENTA igitur eo, quo diximus, modo vxoris licentiâ, eremum inſtituto ſuo idoneam circumſpicere, & quam potius ambiret, atq; vbi, intra an extra patriã, anxius ambigere cępit. Offerebant ſe in ipſo patrio ſolo ſolitudines percõmodæ, ſed occurrebãt interim animo varia, quæ eum ad exterum locum euocabant, vbi non tantùm ſolus, ſed etiã ignotus degeret; cogitabat, in patriâ non defore obtrectatores, qui eâ de re diuerſa iudicia formaturi, varioſq; ſermones ſparſuri eſſent; alios vt fieri aſſolet, benè plures etiam malè rem interpretaturos, apud hos temeritatis, apud illos oſtentationis ſe nomẽ

ac notam non euitaturũ, domeſticos ipſos ac familiares deſidem atque ignauũ calumniaturos; vitari deniq; poſſe hæc omnia ſolâ diſtantiâ, quæ omnem ſui conſpectũ, & quod ſequi ſolet, etiam memoriam cunctis eriperet. Quapropter ſeptimo menſe anni quinquageſimi ſeptimi ſupra milleſimum quadringenteſimũ, jam quinquagenario maior cognatis ac domeſticis certum profectionis ſuæ diem indixit, quo iiſdem extremùm valediceret. Adfuêre illi ad deſtinatã diem frequentes, viriq; propoſitum admirati primùm, mox etiam approbantes, cui contrauenire nõ poterãt, variè tamen interim animis afficiebantur. Stabat coram eis poſitis veteribus exuuijs ſolâ amictus tunicâ oblõgâ è rudi panno, nudis pedibus, capite aperto, manibuſque ſcipione armatis, diuinum quid & habitus iſte

&

& tota eius facies, ac potiſſimùm lingua ſpirabat; amplecti ſingulos, ſingulis benè precari, ad virtutem Deiq́; timorem hortari omnes, iubere; vt ſolicitudine de ipſo poſitâ, ſuę ſolùm ſalutis curam impensè gererent, ſic fore, vt in cœlo tandē mutuis denuo aſpectibus ac colloquijs ſecuriùs lætiuſq́ue perfruantur. Quanti exinde ſingultus, quanti gemitus & lacrymę eius exceperint, dicendo exprimi nō poteſt; deplorabant ſinguli orbitatē ſuam, parentem ſe communem, virū ſanctum, ſpeculum omnis probitatis amittere, abſque eo etiam vitam ſibi grauem fore, cum eo ſimul etiam diuini Numinis fauorem patriâ cedere quiritabantur. Ille verò ſolatus ſingulos, ab ijs ſe blandis, ſuauibuſq́ue verbis ſenſim auellere, eodemq́; die iter verſus Alſatiam arripere cæpit, Ibat ſolus, nullo comite, ſine pera,

ſine viatico, quaſi nihil vnquā poſſediſſet, quaſi nihil prorſus deſeruiſſet. Nunquam ſe ditiorem, nunquam ſe beatiorem exiſtimauit, atque nunc deniq; Deum Conditorē ſe perfectè obtinere poſſe ſperauit, cùm rebus omnibus exſolutum ſe penitus gauderet.

Diſterminabat eo tempore Iura mons, quem alij Iuraſſum vocant, Heluetios à Sequanis & Rauracis Occidentem verſus; hunc montem quoniam Nicolaus noſter omnino ſe patriâ extorrem facere, vt dixi, decreuerat, mira animi alacritate ſuperauit, ex ea parte, qua ad inclitæ Baſileenſium Reipub. ditionem pertinet, quæ poſtea circa annum milleſimū quingenteſimum primum reliquis Heluetiæ Cātonibus fædere perenni connexa, patriam noſtram eximio auxit incremento, ac montibus ipſis firmior

firmiore munimento vallauit. Eos igitur fines ingreſſus viator noſter, ad vrbem eiuſdem ditionis, quæ Baſileã inter & montem Iuram media interiacet, Liechſtal indigenæ appellant, circa crepuſculum veſpertinum peruenit; cumq; iam cominus eam vrbẽ contemplaretur, dictu mirum eſt, quãto perculſus terrore pedem ſubitò retraxerit, ſanguineo enim colore tincta apparebant tecta, turres, mœnia, & quidquid deniq; conſpicuum ex vrbe erat, aut flãmis aut ſanguine rubeſcere videbatur. Collegit exinde Nicolaus, moneri ſe diuinitùs prodigioſâ hac oppidi facie, ne intro pedem inferret; quare diuerſo itinere vicinam quandam ſubiens villam, amicè à villico & perhumanè receptus eſt. Exactis mutuæ ſalutationis officijs, inter varios vltro citroque habitos ſermones villicus de Nicolai

patria ac ſtirpe, deq; viæ ac vitæ inſtituto modeſtè ſciſcitari, Nicolaus verò totam voti ſui vitæque ſeriem ex ordine percenſere cæpit; Eremum, inquit, extra patriam quæro, vt in ea meliorem patriam reperiam, ideoq; ex itinere ad te huc diuerti, vt tuo conſilio atq; iudicio adiutus ſalutare animi mei propoſitum exequar. Quam ob rem ſi locum inſtituto tali idoneum, ſiue propè, ſiue procul his terris mihi demonſtrare poſſis, æternùm me apud Deum Opt. Max. tibi obligatum ac deuinctũ tenebis. Duc ergo, quo voles, præi, ſequar ductorẽ neque enim vel hac ipſa nocte inter homines verſari, ſed in ſolitudine libet. Hic iam mirari villicus voti ſublimitatẽ, laudare alacritatẽ animi ac promptitudinem, pietatis perfectionem ſuſpicere, illud vnicum non ſatis probare, quod patrijs finibus exceſ-

exceſſiſſet, cùm eſſet ex Heluetijs oriundus; id genus hominum exteris nationibus pro tēpore exoſum eſſe, quocūq; demum deueniret, exteros coactum in alicuius delicti pœnam exilium interpretaturos, profugi nomen ac notā ei imputaturos; adhæc in ipſa eius patria ſolitudines eſſe multas ad Dei obſequium perquàm accommodatas, vbi ſeiunctus ab hominum ſtrepitu ſanctæ quieti ad libitum operam nauare poſſet, ſuadere ſe reditum eò, vnde veniſſet, ſuo iudicio id eum ex Dei nutu ac volūtate facturum. Audijt attentus ſeriò monentem Nicolaus, gratijſq; actis, eam ſe noctem deliberationi ſumpturum, reſpondit, atq; tum demùm, quidquid DEVS ſuggereret, prono animo obſecundaturum; ſimulque veniâ petitâ diſceſſit.

Sed mox in ipſo itinere, nō procul

inde nox eum occupauit. Declinans igitur viam, ſub dio abſtruſiorem ad pernoctandum angulum delegit, vbi in feruentiſſimas ſeſe abjciens preces, anxiè vnicéq; à Deo inſtrui poſtulauit, redituſné, an cæpti itineris proſecutio ipſi potius placeret; nec deſtitit ipſe fatigatus DEVM precibus fatigare, donec ſolicito anxioque pectori ſomnus obrepſit; cui cùm aliquantulum indulſiſſet, clarâ ſeſe repente de cœlo luce circumueniri ſenſit, eius fulgore ceu fulmine quodã tangi, indeq; graues in viſceribus dolores experiri cæpit, veluti ſi adactus ventri culter in ipſa intus præcordia graſſaretur, eumque prorſus euiſceraret, atq; ab ea hora nec famẽ vllam amplius, nec ſitim ſenſit. Nautico item ſe quaſi fune conſtrictum in patriam violẽter retrahi ſentiebat. Vnde ſatis perſpiciebat diuinam de

ſe

ſe voluntatem, cui proinde promptiſſimè obſequi primo ſtatim diluculo meditabatur.

CAPVT III.

In patriam redit Nicolaus, vitamq́ omnis victûs expertem orditur.

SOLET nimirum Deus, quos arctius amat, eorum etiam virtutẽ impenſius teſtatam probatamq́; facere, experiri variè, vtri viuant, Deóne, an ſibimet ipſis; promptíne ſint, quoquò ipſos Deus trahit; an ſine delectu domi foríſue, inter amicos & hoſtes, notos inter & alienos, Deo, & non ſibi ſint parati parere. Ijſdem etiam experimentis Nicolai noſtri voluntatem ad omnem Dei nutum factam probare voluit, vnde eum patria vix euocatum, eodem, vnde promptus abierat, mox reuocauit, quæq; ante metuerat, contemnere,

hominum nimirum iudicia ac ſiniſtros ſermones docuit. Redux ergo in patriam terram Nicolaus eâdem, quâ exceſſerat, viâ, illud vnicè toto ſtudio cauit, ne mortaliũ, maximeq́; cognatorum, cuiquam eius reditus pateret, ne ſuarũ rerum, quas magno animo deſeruiſſet, vel extremo quidquam digito attingeret, aut leui deſiderio affectaret.

In ſecretioribus igitur alpibus Subſiluaniæ vlterioris abſtruſũ denſumq́; vepretum ingreſſus, ibidem ſolitariæ ſuæ vitæ tyrocinia ponere, imò, ſi Deo placeret, totum eiuſdem curſum abſoluere ſtatuit. Erant ipſi hæ ſpinæ ac ſentes omni roſeto aureiſq́; ac cedrinis receptaculis, acceptiores, nuda humus laſſo corpori lectum, & durum ſaxum culcitam præbebat, diurnos æſtus, ſubitaſque pluuias præalta atque vmbroſa larix pro

pro tecto arcebat. Nulla illi ſupellex, nullus fons, nullum vitæ propagandæ ſubſidium. Ex eo momento, quo lares paternos damnauit, in itu redituq́; nihil omnino nec cibi nec potûs admiſerat, & tamen inde vires ſibi minimè imminutas perſenſit; nihil famebat, ſitiebat nihil, ſolâ diuinarũ rerum contemplatione & corpus paſcebat, & animã ſaginabat. Multas interea grauesq́; inferi hoſtis infeſtationes ibidem tolerauit, qui tanto eum infenſiùs hoſtiliuſq́; inuadebat, quanto illi ea nouæ vitæ rudimenta ſuſpectiora erant. Repulit tamen inſultus omnes, vicitq́; fortiter inuictꝰ noſter tyro, hiſce prælijs iam ante veterano magis exercitatus, ita vt nullo vafri hoſtis ſtratagemate, nullâ vi, nulliſq́; armis poſſet expugnari.

Octiduũ iam in ſpineo illo antro, nemine cõſcio, omnis victûs expers,

 ſoli

ſoli Deo intentus, exegerat, cùm ecce tibi venatores caſu ijs luſtris oberrantes, feraſq; captantes, vt eſt illi hominum generi nihil abſtruſum, nihil imperuium, canum indicio etiam ad hoc ſenticetum, cui vir DEI inerat, pertrahuntur; Offendunt hi hominē eo, quo ſupra dixi habitu, humi profuſum, precibus abreptum, perfuſum lacrimis; reſiſtunt, obſtupeſcunt, ac denique agnitum alloqui tamen aut turbare reformidant. Peractâ autem venatione, recto itinere Petrum Nicolai germanum fratrem cōueniunt, rem ei omnem produnt, locū certis indicijs manifeſtant, monentque, vt certiùs experiundæ veritatis gratiâ, ipſe, ſi velit, in rem præſentem contendat. Nihil ille cunctatus è veſtigio ſurgere, properare, deſignatas latebras diligenter ſcrutari, ac denique repertas, quâ data porta irruere. Impulit.

pulit eum ingens, quo fratrem com-
plectebatur, amor, optatam eius di-
uq; quæſitam quietem interturbare;
Quid, inquit, hoc eſt, mi frater? quid
video? quid de te experior? hæccine
ergo eſt vita, quam dudum ambiiſti?
vita tam feralis? tã inhumana? fruſtra
es, mi frater, hominem te eſſe, non
feram memineris, occidere hoc eſt,
nõ debellare corpus; quid enim hæc
inedia? quid tanta omnium rerum
penuria? quid tam immanis rigor
aliud tandẽ, quàm præſentem mortẽ
afferent? Remitte igitur, frater, de
hoc animi propoſito, ſupra hominẽ
ſunt, quæ exorſus es; ita ſcilicet cœ-
leſtes Genij corporeæ compaginis
exſortes viuere poſſint, homo certè
carne ac ſanguine compactus, ſic vi-
uere nõ poteſt. Hæc aliaq; his ſimilia
ſincero ſimpliciq; ore ac animo ob-
ijcientem Germanum Nicolaus pla-

cidâ hilariq́ue fronte ac linguâ quieſcere iuſſit, ac ſuperuacaneas animo ſolicitudines, vndecimum nunc diẽ eſſe, ex quo corpori nullam prorſus curam feciſſet, nihil cibi, potúſue admiſiſſet, moleſtiam exinde ſe ſenſiſſe nullam, nullum deliquium; velle ſe, ſi poſſit, ſic perſeuerare, donec infirmitas oborta aliud ſuaderet. Hiſq́ue nouitate rei perculſum fratrem abs ſe domum dimiſit.

Ne tamen temerè Deum tentare velle videretur, cùm iam ſemel proditus paſſim inuiſeretur, clam Sacerdotẽ, notæ prudentiæ ac probitatis virum, ad ſe per internunciũ euocat. Is erat Oſvualdus Iſnerus Kernenſis Parœciæ Curio, huic totam animam ſuã exponit fideliter Nicolaus, quãdiu iam incolumis victu omni caruerit, quanto deſiderio à prima pueritia talis vitæ flagrauerit, quæ pabuli cor-

corporei prorſus expers maiorē ſibi facultatem præbere,& mundo penitus valedicēdi,& Deo ſoli adhærēdi; nolle ſe tamen proprio ſuo iudicio arbitrioúe nixum ſtare,ſed rogare,vt re prudenter ac maturè examinatâ ipſe denique de ea ſententiam ſuam ferat, obſecuturum ſe, quidquid in medium conſulturus ſit. Tum verò rem inuſitatam ac prodigioſam mirari pius Sacerdos, faciem manuſq; viri Sancti curioſiùs arbitrari, explorare digitis pedes ac brachia;videbat quidem faciem totam impalluiſſe, genas macie euanuiſſe,labia ariditate aſpera rimas egiſſe,totum corpus nō iam carne vllōue ſucco amplius, ſed meris oſſibus cute ſolâ veſtitis ſuſtineri; in exſucco tamen corpore cernebat vigere animum, & vires integras in exhauſtis mem bris; nihil viuacitatis, ſanitatis nihil deeſſe huic

ima-

imagini mortis;vnde prudenter ſanè coniecit, nihil hic vanum, nihil ſuperſtitioſum deliteſcere, ventis hominem, vanæque auræ flatibus tamdiu ſuſtētari nō poſſe, Dei ſolius hoc opus eſſe, qui de hoc viro aliquid ſupra naturam diſpoſuiſſet. Suaſit igitur Nicolao cæptam proſequi porrò abſtinentiam, Deiq; vnius hac in re ope niti, quamdiu vires ipſe, animūque talem ſuppeditaret. Arripuit vir Sanctus forti hilariq; vultu conſilium pro voto datum, cæptamq; inediam totâ deinceps vitâ illæſus, viribuſque ſuis ſemper conſtans produxit.

CAPVT IV.

Nicolao aſceterium erigitur in eremo.

CRESceba t in dies fama Nicolai in his latebris deliteſcentis apud

pud incolas, augebaturq́; inuiſentiū numerus, non ſine magnâ Sancti viri moleſtiâ, qui toties optatā ſibi quietem interturbari dolebat. Ad abſtruſiora igitur latibula toto deſiderio aſpirabat, vbi vel ignotus omnibus, vel certè paucioribus cognitus degeret, vnde eius eremi ſpelæa omnia luſtrare; omnes angulos cliuoſque ſcrutari cæpit, vt locum deniq; reperiret, quo ſe abditum hominibus magis ſubtrahere poſſet. Eum deniq; famulo ſuo benigniſſimus Dominus prodigio demonſtrauit, cùm enim auia ac deuia pererrans cœlum caſu ſuſpiceret, Deiq́; in hoc negotio ductū expoſceret, lucidiſſimos quatuor radios ceu faces accenſas deorſum labi, atq; in vallem quandam deumbrari conſpexit, quam indigenæ *Marginem* vocant, eò fôrtè, quod eleuatiore ac circulari quodā veluti margine

gine cliuus eius cingatur. Exhilaratus mirifice tãto vir Sanctus ſpectaculo, vallem, quieti ſuæ cœlitùs deſignatã, concito gradu ſubit, nunquam inde receſſurus. Eſt autẽ locus ille medius inter auſtrales Siluaniæ alpes, Saxlenſes ſcilicet & S. Nicolai, vt vocant, pari fere ſpatio Sarnenſium, Kernenſium Saxlenſiumque pagis diſtans, tenebris ac denſitate horridus, non niſi ſylueſtrium arborum, dumorum ac virgultorum ferax, vdus atq; vliginoſus ex aquarum de montibus circumiectis confluentiâ. Interluit medium rapidus torrens, aut ſi mauis fluuius, Melcha dictus, à quo & vallis ipſa nomenclaturam trahit, quam ſtrepitu ſuo ruens per prærupta ſaxa aquarum vis longè lateq; confundit; lachrimarum vallem recte dixeris, locumq; vitę auſteriori naturâ ſituq; accommodatiſſimum. Illic vbi vir

ſoli-

ſolitudinis amantiſſimus Nicolaus ſedem pedemq́; ſtabilem figere ſta- tuit, vicinorum adiumento caſam ligneam ſarmentis contextam, ac ſtramento tectam erigere, in eaque cæptum vitæ inſtitutum proſequi grandi animo ac feruore cæpit. Variȩ interim de eo inter populares erant ſententiæ, varij ac diuerſi ſermones; arbitrabantur clãculum omnes eius actiones, vias omnes obſeruabant, ita vt inexploratus nemo ad eum ac- cedere, nemoq́; inde reuerti poſſet. Cumque annuis prope eiuſmodi ex- actis vigilijs, ſtudia eius omnia, om- nemq́; viuendi rationem iam penitus exploratam, nihilq́; doli, ac ſimulati- onis ſubeſſe, ac nullo ipſum vano ſpi- ritu agi, pro comperto haberent, coiêre tandem cõmunibus comitijs, vt quid de viro Dei ſtatuendum ſit, in mediũ ſinguli conſulerent. Nemo

omniũ

omnium erat, qui pro ipſo nõ ſtaret, atq; optima quæque quæ viderat, de eo diceret;cumq; de ſacello illic,vbi ipſe degebat,erigendo mentio incidiſſet, quod tam ipſius, quàm incolarum eò confluentium ſacro pioq; ſeceſſui commodum eſſet, quamuis nonnulli dilationem operis, virique diuturniorem experientiã ſuaderent, præualuit tamen potior pars, ita vt cõmuni impenſâ diſtributis viritim laboribus, opus Deo acceptum adgredi decernerent. Certatim igitur materiam Sacello neceſſariam congerunt,lapides, cæmenta,ligna conuehunt, laborant per vices ſtrenuè, nec ab opere niſi iam completo deſiſtunt.Sacello deniq; non magnitudine, venuſtate tamen, tribúſue aris conſpicuo,tuguriolum nouum adijciunt,è quo viro Sancto in templum & proſpectus & aditus pateret ad

preces

preces Deo fundendas, quorũ vtrũq; vetuſtate ac religione venerandum etiam hodie pie viſitur ac frequentatur: Eſt caſa illa vſitato patriæ more ex tignis abiegnis rudi opere per quatuor angulos connexis exſtructa, arcta pariter & humilis, longitudo eius ſuperat aliquanto decem pedes, latitudo non totidem æquat; altitudo ſex pedum proceræ Nicolai ſtaturæ nõ reſpondebat, ita vt in pedes erectus non niſi conuerſo aliquantulum ad pectus capite ſtare cogeretur; duabus feneſtellis lucem diurnam admittit. Supellex illi eadem, quæ in priori ſpelunca fuit, id eſt, nulla; pro lecto durus aſſer, ac pro ceruicali ſaxum in cellæ latere adhuc viſitur, magnoque à confluentibus pietatis affectu honoratur. Hoc ædificio tãdẽ circa annũ Domini M CD LXVIII. abſoluto donatus eſt liberaliter Nicolaus

colaus à popularibus ſuis, illudque eodem tempore magno pietatis ſenſu incolere cæpit.

CAPVT V.

Sacellum Nicolai dedicatur, ac donis exornatur.

EXſpectabat iam ædicula Nicolai extremã Pontificis manum, quâ ſolenni ritu Deo Diuiſq; pro more dedicaretur, itáque à profanis vſibus abſoluta penitus, non niſi ad ſacros diuinoſque deſignaretur. Ne igitur Subſiluani etiam hac ex parte officio ſuo atq; auxilio deeſſe velle viderentur, communi Plebiſcito Legatos ad Hermannum ex prænobili Landenbergenſium ſanguine oriundum, Conſtantienſium pro tempore Pontificem (cuius ampliſſimæ ſacrorum curæ Subſiluania ſubeſt.) deſtinant, petitum, vt miſſo Initiatore ſuo in

eas partes, ædem, quam Diuino cumprimis cultui ac municipis ſui vſui cōſtruxiſſent, Deo ſacrari curet. Nec mora, miſſus in Heluetiam anno inſequenti, milleſimo ſcilicet quadringenteſimo ſexageſimo nono, Thomas Aſcalonitanus Pontifex, Hermanni Conſtantienſis in Pontificijs officijs Vicarius, Sacellum illud ſolennibus conſuetiſq; auſpicijs 5. Calendas Maias dedicauit. Atque ex eo tempore celebrior etiam fieri cæpit, tum eiuſdem eremi, tum etiam ipſius viri Dei famâ; multi quotidie eò cōfluebant, multi miſſis aliunde muneribus locum illum ſacrū exornabāt. Certè Pontifex ipſe Hermannus Cōſtantiâ Nicolao ad ornandam ædiculam recèns conſecratam vim argenti non exiguam, duplicémq; ſuper aras lychnum ex aurichalco eximiæ magnitudinis miſit. Et candelabra quidem

dem Nicolai præcepto in æde Parœciæ Saxellenſis diuinis officijs præluxerunt, argento verò fundus paſcuus in rem Sacello neceſſariã cõemptus eſt. Liberalitatem huius ſacri Principis æmulati deinde ſunt etiam alij per Germaniam magni Proceres ac Magnates Romani Imperij. Sigiſmundus inprimis Auſtriæ Archidux eiuſque pia coniux Eleonora Scotiæ Regina, loci viríque famâ permoti, calices auro, argento, opere, põdere ac magnitudine ſpectabiles, cætera item diuino cultui neceſſaria ſupellectilia liberali manu per internuncios eò deſtinârunt, ſeſeq; ac ſuos Nicolai ad Deum precibus enixe commendârunt. Enimuero grata fuiſſe Deo tantorum Principum munera, & accepta Nicolai pro ijs profuſa vota, euentus declarauit toti patriæ exoptatus ac ſalutaris. Nondum enim

ad

ad id vſq; temporis infeſtæ hoſtilitates Sereniſſimam inter domum Auſtriacam ac Heluetios prorſus deferbuerant, quas tamen hic ipſe deniq; annus eius ſæculi ſeptuageſimus tertius finijt, ſopiuit, extinxit; ſimul enim ac grauis illa inter tantas partes ſimultas viri Dei lacrimis precibuſq́; veluti manu abſterſa eſt; corda vtriuſq; partis adeò inter ſe coaluerunt, vt perenni eoque hæreditario, quod vocant, fœdere amicitiâ perpetuâ ſtabilitâ, ipſe Archidux non paucos ex Lucernenſium ciuibus in certum datæ fidei pactæq́; amicitiæ ſignum, ſibi à conſilijs eſſe iuſſerit. Quam rem multi magno adſcripſerunt miraculo, nec refragari poterit prudens lector, qui anteactorum temporum ac diſcordiarum vel leuem notitiam conſecutus ſit.

Reuera ſubinde Sacello etiam ali-

orum hominum pia dona, ita vt non multis pòſt annis, ſeptuageſimo nimirũ ſeptimo eius qui ex collata ſtipe honeſti ad alendum Sacellanum reditus à Nicolao congeſti ſint. Quem proinde tabulæ publicæ, quæ hodie extant, eius Capellaniæ primum Fũdatorem produnt. Adiecit ſummus eius tẽporis Pontifex Paulus II. hiſce profanis etiam ſacros Indulgentiarũ, vt vocant, theſauros, quibus ædiculã illam iam Deo conſecratam condecorare, ſuiq; animi ſingularẽ affectũ tum in Nicolaum, tum in totam Heluetiorum nationem teſtatum facere voluit. Eiuſce liberalitatis diploma ſedecim purpuratorum Patrum grãdioribus ſigillis optimè communitũ adhuc hodie in eâdem æde conſernatur, eique cohæret etiam alterum. Hermanni Conſtantienſis Antiſtitis, qui priùs illud Româ receptum authori-

thoritate ſuâ non tantùm ſtabiliuit, verùm etiam recentibus gratiarum indultis cumulauit.

CAPVT VI.

Inedia viri Dei varijs experimentis denuo probatur.

PLEriſq; iam indigenarũ penitus perſuaſa erat Nicolai perennis inedia, non tamẽ omnibus, dubitare denuo cæperunt multi, & vt eſt incõſtans vulgi ingenium; fraudem aut ſimulationem formidare, ſuſpicari, ac palàm murmurare, clanculum viro cibos inferri. Quamuis igitur, vt ſupra memorauimus, Nicolaj hac in re ſinceritas iam pridem arctâ ſatis diuſtinaq; cuſtodiâ probata erat, Siluani tamen certiùs etiam veritatem experturi, publico Plebiſcito recentes excubias decernunt, eaſq; per omnẽ circumquaq; vallem ita diſponunt,

vt acceſſus receſſuſúe ad eum pateret nemini, nemini vnquam permitteretur, donec res explorata penitiſſimè conſtaret. Menſem integrum cuſtoſtodes vigili ſolertiq; curâ in ſuis illis ſtationibus exegerunt, certi eo toto tempore Nicolaum omni non tantùm ſubſidio, ſed etiam aſpectu humano caruiſſe; & quia interim vir Dei ſolus in ſummâ quiete diuinis commẽtationibus abſorptus abſq; omni virium ac valetudinis decremento perſeuerâſſe deprehenſus fuerat, obſidio deniq; ſoluta eſt, omniſque de eius integritate vanus metus ac falſa ſuſpicio hominum animis exemptus penitus euanuit.

Quin imò quo rei veritas probatior, atq; ſublimiori authoritate cõfirmata celebrior euaderet, cùm de Sacello initiando Subſiluani Cõſtãtienſem Præſulẽ, vt ſupra memini,

con-

conuenirent, ſimul de prodigioſâ Nicolai inedia ſolennem apud eum mentionē fecerunt, vt, ſi vellet, eiuſdem inſigne aliquod atq; arbitrariũ experimētum etiam ipſe capere poſſet. Qui proinde Prôepiſcopo ſuo, Aſcalonitano, vt dixi, Antiſtiti ſeriò etiam hoc negotium diligenterque diſcutiendum commiſit. Peractâ igitur pontificio ritu templi dedicatione, Thomas præfatus Præſul' affixam ædi ſacræ Nicolai cellam ſubit, multamq; diei partem, ſublimiora cum eo colloquia miſcendo multo cum pietatis ſuauitatiſq; ſenſu conſumit. Miratur diuinam in homine rudi eloquentiã, vitæ auſteritatem ſupra humanas vires, viſiones ac vaticinia inſolita; ac deniq; cùm de virtutibus ſermo occurreret, rogat, quámnam ipſe virtutum omnium principem ac reginã æterno Regi ac Principi amiciſſi-

ciſſimam eſſe exiſtimet. Cui mox Nicolaus reſpondet, obedientiam ſibi inter virtutes cæteras imperium obtinere videtur. Dum verò ille ſuauiter renidens, ſinu eam in rem recondita iam ante panis fragmenta, viniq́ue potiunculam producens, en inquit, mi frater panem, quē tibi obedientia apponit, en vinum, quod eadem tibi virtus propinat; ſume, gluti, vt obedientiæ præmium in cœlis obtineas. Perculſus hoc dicto vir Dei, eò quod totius ſeſquianni ſpatio nihil iã cibi potûſſe guſtâſſet, obſequi tamen mandantis præcepto paratus vnum ex tribus panis fragminibus manu leuat, illudq́ue vt in tres micas comminutũ ſumere liceat obnixè rogat. Cumq́; id haud ægre impetrâſſet, ingeſtam ori buccellam non niſi ægerrimè per aridam inſuetamq́; gulam, reluctante etiam ob cibi inſolentiam ſto-

ſtomacho, dimiſit; vini deinde guttulam ore exceptam non ſine graui horrore ac nauſeâ in ventriculum traiecit. Quâ ſumptâ ingens ſtomachi dolor eum ita deiecit, vt attonitus pius Antiſtes veniam facto rogaret, palamq; ediceret, hoc euentu inediam viri Dei abunde probari, id ſe non ſuâ, ſed Principis ſui authoritate ſibi ſumpſiſſe, vt virum tantum tentaret, relaturum ſe diligenter, quod accidiſſe vidiſſet, Deiq; in hoc homine gratiam ac prodigia paſſim depredicaturum.

Hermanno deinde officio vitaq; functo in Conſtantienſi Sede ſucceſſor legitimè datus eſt Otho Comes à Sonnenberg, qui famâ de Nicolao in dies increbreſcente excitus, in rem ipſe præſentem venire, reiq; ſtatum explorationem etiã facere decreuit. Quapropter tantus Princeps in viam

ſe dare, ad Siluanos contendere, eremum, humileq; viri Sancti tuguriolũ ſubire, verbis cum eo de rebus diuinis cõgredi, ac deniq; nihil omittere, quod ad formandum de viri integritate iudicium facere poſſe iudicaret. Multis igitur vltro citroque habitis ſermonibus, in ea Princeps verba prorupit, quæ viro Dei apud omnes ingentem laudem atq; exiſtimationẽ cõciliabãt; mirari ſe ac prodigij loco habere vitã eius, moreſq; ſanctos, gratulari ſe patriæ, ſibi, ac diœceſi ſuæ talem virũ, Deoq; gratias ingentes referre, qui eo tempore tantã Eccleſiæ ſuæ columnam ſuſcitâſſet, ſperare, ſe eiuſcé viri ſuffragijs meritiſúe felix in pontificio ſuo munere regimen habiturum. Sic Paſtor egregius de inſigni ouiculâ ſuâ gloriabatur, eiuſque pijs apud Deum ſupplicijs caulas ſuas cõmendans, eò, vnde venerat, eſt reuerſus.

CA-

CAPVT VII.

Quo ſubſidio vitam tolerârit Nicolaus in tanta inedia.

PRimis, quos in ſolitudine Nicolaus tranſegit annis, cùm Sacellũ eius proprio adhuc Sacerdote careret, rariùs quidem, quàm vellet, officijs diuinis aſſiſtere potuit, quotidie tamẽ, quòd corpore nõ poſſet, ijs animo, pijſque cogitationibus intereſſe ſtudebat. Diebus interim ab opere feriatis ad Saxlenſem Paræciã mille inde paſſus ſitam viâ arduâ atq; aſperâ contendebat, ibiq; ſacris operanti Curioni ſuo rarâ pietate, ſingulariq; exemplo aures, oculos, mentémue accomodabat, ac peracto Dei cultu conuerſo itinere rectâ domum remeabat. Quia verò ſemel ſaltem in hebdomada myſteria in Sacello eius celebrabantur, ijſdem

ipſe aſſiduus aſſiſtebat. Verum vbi denique decennio pòſt eremus illa proprium, vt dixi, Sacellanū ſuſtētare potuit, facienti pius Anachoreta quotidie aderat ac deinceps, niſi fortè inſigniores Indulgentiæ eum aliquò euocarēt, nuſquam abibat. Hoc autem pacto cùm diuinis epulis ſedulus intereſſet, næuos ſuos Sacerdoti prius confeſſus, priore quidem tempore, cùm dies ſolenniores occurrerent, poſteriore verò, quot mēſibus ad eaſdē ipſe promptus hoſpes ac conuiua accumbebat.

Cùm igitur eius iam toties explorata inedia multis admirationi eſſet, iidem, qui eo familiariter vtebantur, ex ipſo diſcere ſæpius cupiebant, quâ tandem re paſceretur, vitamq; tolerarct. Integris perpetuò erat viribus, ſeu domi aſconderetur, ſeu foras aliquando prodîſſet, hilarem explicatamq;

tam q́; frontem nunquã cõtrahebat; ſano, viuaci ac forti corpore ſemper apparebat, omnis doloris ægritudiníſue prorſus expers. Quærebãt itaq́; ex eo ſæpius amici, quo tandem id nutrimento conſequeretur, vt tam vegetus ſine omni cura humana viuere poſſit. Id cùm inter cæteros aliquando ſupra nominatus eius Parochus Oſvualdus Iſnerus ab ipſo impenſiùs exquireret, rei tãdem ſeriem ipſe, quamuis ægrè, ex ordine ei pandit: Cùm, inquit, mi pater, facienti Sacerdoti adgeniculor, eumq́; ſublimi illo conuiuio paſci conſpicio, aut ipſe etiã ſuo tempore ijſdem diuinis dapibus veſcor, tanto ſolet diuinitùs perfundi animus meus deliciarum roboriſúe ſpiritualis oceano, vt eius copia vbertim etiam in corpus redũdet; hinc ſcilicet eſt, quod nec terrenum quidquã eſurio, nec ſitio; hinc

 robur,

robur,hinc vires meę;Chriſti corpus eiuſdemq́; ſanguis vnica mea Sagina eſt; *In me manet ipſe,& ego in eo, Io.6. viuo ego,iam non ego,viuit vero in me Chriſtus. Gal.2.* ipſe mihi cibus, potus,ſanitas eſt atque medicina. Hæc ille.

Alijs item rarioribus ſibi carioribuſúe amicis de eâdem re eum ſolicitantibus,illud etiam addidiſſe fertur, extremos Seruatoris noſtri in Cruce perlatos dolores, in cōmentationem adductos,tantas in eius pectore ſuauitates operari, vt inde per corpus etiam diffuſus vitalis quidam vigor membris omnibus robur ac vires ſubminiſtret;præ cæteris autem potiſſimùm morte Chriſti ſe paſci, inclinatum eius caput ſuo corde excipere,emiſſum eius ſpiritum bianti ore haurire, hæc nimirum ſua eſſe paſcua, quibus quotidie nutriatur,

indeq́;

indeq́; alio ſibi pabulo opus nõ eſſe. Hîc velim errorem ſuum corrigant profani nonnulli rerum diuinarum æſtimatores, qui delitias ſuas atque alimenta nõ niſi cum belluis in terra quærunt, rati cœlũ nihil mortalibus nectaris aut ſuauitatis depluere, quiq́; adeò inter dulciſſimas Angelorum epulas fament, ac macie cõtabeſcunt: nec ſaturantur, niſi quando cum canibus oſſa rodunt, & cum vulturibus cadauera depaſcuntur; quando in cænoſis voluptatum volutabris circumuoluuntur, tum denique benè habere ſe putant, qui inter aras nihil, quod ſapiat, inueniunt, toti ad haras nati; faſtidiunt, quæ Dei ſunt; quę ſeruiunt abdomini, totis præcordijs complectuntur. Hi inquam tales Nicolaum ſibi noſtrum ante oculos ponant, vitamq́; eius cum ſua componant velim, ac deniq; ſaniore ſenſu

robur, hinc vires meę; Chriſti corpus eiuſdemq́; ſanguis vnica mea Sagina eſt; *In me manet ipſe, & ego in eo, Io. 6. viuo ego, iam non ego, viuit vero in me Chriſtus. Gal. 2.* ipſe mihi cibus, potus, ſanitas eſt atque medicina. Hæc ille.

Alijs item rarioribus ſibi carioribuſúe amicis de eâdem re eum ſolicitantibus, illud etiam addidiſſe fertur, extremos Seruatoris noſtri in Cruce perlatos dolores, in cõmentationem adductos, tantas in eius pectore ſuauitates operari, vt inde per corpus etiam diffuſus vitalis quidam vigor membris omnibus robur ac vires ſubminiſtret; præ cæteris autem potiſſimùm morte Chriſti ſe paſci, inclinatum eius caput ſuo corde excipere, emiſſum eius ſpiritum hianti ore haurire, hæc nimirum ſua eſſe paſcua, quibus quotidie nutriatur, indeq́;

indeq́; alio ſibi pabulo opus nõ eſſe. Hîc velim errorem ſuum corrigant profani nonnulli rerum diuinarum æſtimatores, qui delitias ſuas atque alimenta nõ niſi cum belluis in terra quærunt, rati cœlũ nihil mortalibus nectaris aut ſuauitatis depluere, quiq́; adeò inter dulciſſimas Angelorum epulas fament, ac macie cõtabeſcunt: nec ſaturantur, niſi quando cum canibus oſſa rodunt, & cum vulturibus cadauera depaſcuntur; quando in cænoſis voluptatum volutabris circumuoluuntur, tum denique benè habere ſe putant, qui inter aras nihil, quod ſapiat, inueniunt, toti ad haras nati; faſtidiunt, quæ Dei ſunt; quę ſeruiunt abdomini, totis præcordijs complectuntur. Hi inquam tales Nicolaum ſibi noſtrum ante oculos ponant, vitamq́; eius cum ſua componant velim, ac deniq; ſaniore ſenſu

iudicent, quanta pro his interituris ſit rerum ſupernarum efficacia, quãtumque præ terrenis hiſce cœleſtes eſcæ etiam in humano corpore poſſint, vt cum Nicolao noſtro ſani validiq; & animo & corpore conſeneſcant.

CAPVT VIII.

Quotidianæ Nicolai exercitationes.

NVLLVM diurni nocturniúe temporis momẽtum ſine fructu aliquo ſingulari tranſibat Nicolaus, ſed eius ſemel ritè poſitam ordinatamq; rationem obſeruabat diligentiſſimè, nec latũ ab ea recedebat vnguem. Potiſſimam diei noctisúe partem diuinarum rerum commentationi, officio diuino, alijsq; ſublimioribus exercitationibus dabat, idque à noctis medio ad meridianas vſq; horas ininterruptè factitare ſolebat

lebat; exinde vel aduenis ad eum cõſilij ſolatijq; cauſa concurſantibus aures dare, vel cœlo ſereno extra cellam eremũ obambulare, nõnunquã etiam vicinum Anachoretam, quem ſocium eremi adſciuerat, vt poſtea exponã, inuiſere, ac diuinos cum eo ſermones miſcere ſolebat; ſub veſperam verò ad conſueta pietatis exercitamenta ſolus redibat, ac denique maturâ iam nocte breui ſomno interquieſcebat. Hic illius vitæ curſus in eremo perpetuus fuit, à quo nihil vnquam niſi fortè aliud aliquando ſuadente caritate aut neceſſitate exigente remittebat. Inter commentãdum potiſſimùm myſterijs vitæ ac necis Seruatoris noſtri intentus erat, atq; in eam rem ſuccinctum omniũ eorum myſteriorum cõmentariolũ in nonaginta duas ſectiones diſtributum memoriâ retinebat, quem deinde

deinde ab alijs ex eius ore exceptum calamo, pijſſimæ memoriæ P. Petrus Caniſius Societatis IESV toto orbe notiſſimus Theologus ac Sacerdos, in ordinem redactum typis ac luci publicæ mandauit. Quibus meditãdi formulis Author ille tantus inter alia in hunc modum præfatur: *Sciendum*, inquit, *eſt, à ſeruo illo Dei pio ac deuoto meditationes ſequentes cum adiunctis diuerſis ſuis preculis, dũ adhuc viueret, confectas, dictatas, atq; dubio procul ſæpe ſæpius noctu diuq; ingenti cum fructu ac pietatis ſenſu vſurpatas fuiſſe. Multorum item teſtimonio conſtat, à Deo idipſum calidis deſiderijs ſæpe expetijſſe, vt eæ deniq; precandi formæ in ordinem redactæ ac typis vulgatæ, chriſtianæ plebis manibus paſſim tererentur; probè enim ſatis intelligebat, quanti referret, vitam mortemq; Chriſti ſanctam atq; innocuam aſſiduè animis hominum ob-*

uer-

uerſari, Deoq́; de tantis beneficijs grates ſæpiùs agi. Quæ adeò diuinæ commentatiunculæ eò nobis acceptiores eſſe debent, non ſolum, quia nouimus eas prodijſſe à rerum diuinarum peritiſſimo Sanctiq́; Spiritûs ditiſſimo Dei amico, verum etiam quia præcipua auitæ fidei noſtræ puncta breui compendio complectuntur, noſtræq́; redemptionis potiſſima capita meditanda nobis proponunt, ac deniq; Chriſtiani hominis officium clarè exhibent. Hæc Caniſius; ac poſt non multa præfationem illam hiſce concludit: *Deus Opt. Max faxit, vt hæ meditationes ac preces nunc primum in lucem editæ, ipſius Nicolai ſpiritu ab omnibus complexæ, ac ſæpius lectæ fructuosè vſurpentur.* Subijcit deinde idem grauiſſimus Author etiã alia nõnulla Nicolai pia ſuſpiria, quibus verba Orationis Dominicæ, ac Salutationis Angelicæ paulò prolixiùs cõſiderando

do intercalare ſolebat, ex quibus omnibus diuinarum rerum perito facilè colligere eſt, quàm vir Dei in ſacris rebus minimè rudis, ſed exercitatus eſſet, quibuſue in ijſdem affectibus moueretur.

Illud identidem ad ſe accedẽtibus inculcabat, Nihil toto orbe terrarũ eſſe melius, ſalubriuſq́; quàm mentẽ puram, ac conſcientiam mundam conſeruare, eamque, ſi fortè labem aliquam contraxerit, per ſacram exomologeſin ſępius ritè expiare. Cùm quid aduerſi pateretur, illud vnũ pro axiomate in ore verſabat: Hæc eſt voluntas Dei. Pro triplici etiam beneficiorum genere quotidie Deo gratias actitabat, primò quòd diuino nutu bonam vxoris ac liberorum veniam ſepoſitâ rei domeſticæ curâ, ſolitariè uiuendi, Deoque vnicè ſeruiendi impetrâſſet; deinde quod eiuſdem libe-

rali

rali fauore nullo vnquam ſiue deſiderio ſiue cogitatione ad ſuos redeundi tentaretur; ac deniq; quod ſine omni corporis alimento vitam ſano atq; integro viuere diuinitus liceret, ad quam gratiam à puero ſe multis votis ac lacrimis anhelâſſe fatebatur, vt tanto remotius ab omnibus mũdi huius impedimentis abeſſe, Deoque vni affixius hærere poſſet.

Illud tamen cæterorum Dei in ſe beneficiorum caput & fontem cenſebat, quod ab vxore ac liberis liber euolare in deſertũ permiſſus fuiſſet, idque tanti faciebat, vt etiam à Deo acceptam inediæ gratiam huic longè poſthaberet. Et quamuis corpore nõ procul domo abeſſet, animo tamen inde tanto diſtabat interuallo, vt nullo vnquam tempore ſuos vel ad momentum interuiſere in animum induceret, aut domum ſemel dereli-

ctam

ctã intraret, quantumuis illa omnino viæ proxima eſſet, quæ cũ ſæpiſſimè ab aſceterio ſuo ad Saxellenſem Pa-rochiam diuinorũ officiorum cauſâ ducebat. Euenit aliquando, vt eoſdẽ antiquos Penates ſuos pręteriens die feſto, Nicolaus, neſcio quid clamoris intus exaudiret, veluti ſi liberi eius inter ſe rixoſis verbis altercarentur. Motus eâ re pius Pater, & ad feneſtellã propius ex itinere attractus, ſeuerè liberis pacem ac ſilentiũ indixit, atq; e veſtigio pedem inde referens, viam ſuam pauidus perlegit, eò quod hoc facto ab inſtituti ſui rigore deflexiſſe ſibi videretur, eamque noxiam ſeriâ animaduerſione in ſe expiauit. Sole-bat tartareus hoſtis ex eo tempore, in itu redituúe Nicolai ex ſacrâ æde, ſæpius in eadem domo immanes tu-multus excitare, quibus tamen eum nunquam permouere potuit, vt vel

ad

ad momentum conſiſteret, vel reſpiceret, quaſi ad ſe domus illa nunquã pertinuiſſet.

Quod ſi etiam vxor comitãtibus liberis nonnunquam, quod tamen rarò fiebat, tugurium eius ad viſendũ eum, videndumúe ingreſſi eſſent, nullam ipſe de rebus domeſticis profaniſúe vnquã mentionem faciebat, ſalutari compendio de vitâ rectè ac ſalubriter inſtituenda, ac conſtanti in diuinis obſequijs perſeuerantiâ inſtructos, breuiq; domuitionẽ parare iuſſos ab ſe dimiſit. De hac re ſic Petrus Caniſius: *Vxorem ſuam liberosq́; ſæpius hâc ſalubri ac paternâ admonitione impertiebatur; Filioli mei, cauete vnquam Omnipotentis Dei obliuiſcamini, hunc timete, eius Maieſtati ſeruite, cum omni diligentiâ ac deuotione; omnes veſtros conatus, vitamq́; adeò omnem eò intendite, vt ei tanquã ſupremo Domino*

Domino vos conſecretis, ipſius voluntati ac mandatis obſequentes; ipſe enim eſt, qui vitã dare atq; auferre, ſeruare atq; perdere poteſt. Ita Caniſius. Aduenas, ſi quando ad colloquium horis, vt dixi, pomeridianis ac ſubſeciuis admitteret, comiter excipiebat, ſalutabat, venerabatur, faciẽ ipſis benignã ac ſerenam explicabat, & quidquid in medium protuliſſent, æquabili ſemper fronte ad ſingula reſpondebat. Viros filiorum, fæminas omnes filiarum nomine compellitabat, ſolatia, conſilia, inſtructiones, exhortationes dabat omnibus, ſtantes firmare, lapſos erigere, emendare improbos, erudire neſcios ſatagebat. Cum viris etiam eruditiſſimis ipſe omnis literaturæ, imò etiam ſcribendi legẽdiúe artis expers, ita conuerſabatur, vt nõ tantùm omnibus faceret ſatis, verùm etiam in multis facem præluceret,

luceret, iisq; tectos ſæpe errores animo eximeret, id quod de ipſo teſtatur etiam inter alios Abbas Trithemius his verbis. *Hic homo Dei nobis ſuo tempore miraculum fuit; qui cùm eſſet omniū literarum penitus ignarus, intellectu tamen Scripturarum mirabili ſubtilitate vigebat, dabatq́ ad interrogata quorumlibet eruditorum reſponſa non ſecus, ac S. ille Antonius Eremita, Philoſopho doctiſſimo quondam ſine litteris reddidiſſe fertur.* Hæc ille.

CAPVT IX.

Salubribus monitis Heluetios populares ſuos inſtruit.

MAGNVS erat, vt dixi, vndequaq; ad Dei virum, tam indigenarum, quàm peregrinorum è lōginquo confluxus, nemo ferè Diuam Virginem in eremo Suitenſium ſalutatum veniebat, quin idem etiam in eremo

eremo Subſiluanienſi(quamuis hæc ab illâ vnius ſolidi diei itinere diſtet) tanti nominis famæq; virũ cõuenire, eiuſq; ſeſe apud diuinum Numẽ pijs ſupplicijs commendare vellet. Multi velut miraculum mundi, id eſt, hominem viſuri, qui cœleſtium Geniorum more abſque omni alimento ſubcœleſti viueret, ventitabant; alij velut ad oraculum conueniebant, vnde futura prædiſcerent; alij demũ ad eum tanquam ad aſylum properabant, quos ſcilicet aliqua inſignior calamitas oppreſſiſſet. Exteros autẽ longè ſuperabant populares Heluetij & frequentiâ, & audiendi eum, & diſcendi auiditate; his obedientiã cum primis commendabat, quam ſupra memoraui principem inter cæteras virtutes locũ apud ipſum obtinuiſſe. De cætero eos ſic plerumque affari ſolitus erat, teſte Caniſio: *Filioli mei*

ac

ac filiæ, libenter audite Catholicos Paſtores veſtros, ac Præpoſitos, ab illis veritatem diſcite, doctrinam eorum mordicus tenete, atq; opere pro viribus complete, quidquid vobis factu creditúque neceſſarium propoſuerint. Si his tanquã prompte ouiculæ obſecundaueritis, nihil vnquam diuini nutûs ſoliciti deſiderabitis, qui enim hos audit, Christũ audit, qui nobiſcum eſt & manet, in Eccleſiâ vſq; ad conſumationẽ ſæculi. Si quando etiam opifices ac mercatores inſtrui ab ipſo de ſuâ ſalute poſtulabant, opificia eos ſua atque mercimonia ſincerâ fide, atq; innocuâ cõſcientiâ exercere, nemini iniuriam, dolum, fraudémue ſeu dicto, ſeu facto, irrogare ſuadebat. Coniuges monebat, in Dei timore vitæ ſuæ rationem ſequi, ſine querela œconomiã curare, charitatem Dei ac proximi vnicè in exequendis officijs ſuis ſectari, atque

in pietate perſeuerare, hâc enim viâ æque ad cœlos aditum patere, atque ex ipſa eremo; neq; enim mortalium cuiq; conceſſum aut conſultum eſſe, vt ab omni hominum conſortio ſeiunctus vitam in eremo cum Ioanne Seruatoris noſtri præcurſore ſolitarius degat.

Proceres Heluetiorum conſilij causâ ad ipſum crebrius concurrentes ſui officij liberè admonebat, totiq; Patriæ proficuis concilijs adiuuabat; *Cauete*, inquiebat, *O fœderati, diſcordias, inuidiam atq; odia mutua ne admittite, fauores partiumq; diſsidia veluti patria ac Reipub. veſtra peſtes reprimite. Fœderis veſtri limites non plus vltra promouete, ſic enim quietius ac ſecurius libertatem, quæ tanto vobis, vt nôſtis, ſtetit, tuebimini. Exteris negotijs ac fœderibus ne commiſceamini; munerũ corruptelas execrari vos cane peius*

&

& angue conuenit, ne vnquàm aut patriam vendere, aut proprijs commodis ſtudere velle videamini; exules, domoq́ extorres, veſtris finibus arcete; niſi grauis cauſa vrgeat, ab hoſtili vi atque incurſu abſtinete; vim tamen vi repellite, patriam ac libertatem viriliter propugnate, ita tamen, vt hæc defendiſſe ſufficiat: Ante omnia autem Deum timete, & mandata eius cuſtodite; Sacerdotes honorate, monita eorum obſeruate, quãuis diſcoli ſint, vitamq́ à ſtatu ſuo ac dignitate alienam viuant; quemadmodũ enim frigidæ nihil intereſt, quocunq́ demum canali, plumbeo an cupreo, aureo an argenteo vehatur, ita diuinis gratiæ donis perinde eſt, bonorumné an malorũ Sacerdotum miniſterio cœlitus in ritè digneq́ diſpoſitas mentes transfudãtur. Hæc aliaque id genus plura monita popularibus ſuis Nicolaus dabat, quæ haud dubiè integritatem mẽtis

in eo viro ſingularem claté demonſtrârunt.

Dilingæ quondam Adamo Wallaſſero autore libellus in lucem prodijt; ad cuius calcem Dialogiſmus quidam reiectus eſt, qui colloquium inter Nicolaum noſtrum ac peregrinum quendam hominem innominatum continet, ex quo placuit nonnulla huc referre. Sic igitur orditur viator ille *Cùm eſſem in exilio meo, locauè gratijs ac beneficijs diuinis illuſtria perluſtrarem, ex itinere in Subſiluaniæ enſem eremum diuerti; vbi reperi hominem, quem fratrem Nicolaum indigitabant; ex cuius aſpectu exiliebat præ gaudio cor meum, in eo enim miracula Dei contemplabar, eò quod omnis naturalis alimenti expers viueret. Cùm eum ſalutâſſem, ipſe me viciſſim peramanter ſuſcipiebat: Tum ego, Mi frater, num placet aliquantiſper in Dei amore colloqui;*

qui? cum Seruator noſter teſtatus ſit, vbi duo in nomine eius congregati fuerint, in medio eorum ſe eſſe. Mat. 18. Tum ille, ediſſere, inquit; quæ tibi de amore Dei occurrunt. Hæc ille; ſubnectit deinde quæſtiones in medium prolatas atq; explicatas de diuino amore, de immaculatâ Deiparæ Virginis cõceptione; de pane, quem quotidianum vocamus, de graui peſtis lue &c: quæ omnia percẽſere cùm ſuperuacaneũ eſſe videatur, ac nimis longum, vnũ tamen alterúmue viri Dei reſponſum nõ tacebo, vt ex his paucis elucefcat, quàm imbutus diuinis rebus fuerit ſerui Dei animus. Cùm colloquutor ille de quotidiano, vt dixi, pane quæſtionem haberet, diceretúe viuum panem à Deo maximè eſſe poſtulandum, qui nos cœleſtibus gaudijs æternùm aſſerere poſſit, reſpõdit ipſe: *Rectè, vt reor, de hoc pane locutus es; in*

quolibet enim pane latet gratia Dei, quæ ſi ſubtrahatur, nequicquam homo vitã in eo quærit, nec magis illo ſatiari poteſt, quã ſi lapides comederet. Quando Deus per ſuam illimitatam potentiam clanculum paruulam panis hoſtiam ſubit, tum quidem panis tranſubſtantiatur, ita vt iam non ſit illic amplius naturalis panis, ſed ex Dei liberalitate caro & ſanguis, verus Deus & homo, inuiſibiliter tamẽ, & in quâuis hoſtiâ à Sacerdote conſecratâ, imò in quâuis eius vel minimâ portiunculâ perfectè atq; inconciſè tota Deitas continetur ac perſeuerat. Atq; hic eſt deniq; panis noſter quotidianus. Ita ille. De ſæuâ autem peſtilentiæ contagione cùm vir Dei quæreret ex hoſpite, quidnam cenſeret, num quiſquam mortalium iræ diuinæ ſe ſubducere poſſet, & hoſpes, in diuinę id prouidentiæ gratiæ ue manu conſiſtere, pluribus aſſeueraret, eiuſdem

ſeſe opinionis eſſe reſpondit, iræ quidem diuinæ ſubtrahere ſeſe neminē poſſe; tamen qui ſe in veritate conſeruaret, ætatemq́; in amore Dei cōſtanter ageret, quidquid demum accidat, id malè ei euenire non poſſe. His alijſq́; vltro citroque habitis ſermonibus, de quibus paulò infra pluribus, viator ille incognitus preces Nicolai expoſcens, iter ſuū repetijt.

CAPVT X.

Viſo mirabili inſtruitur Nicolaus.

SOLET Opt. Deus varijs modis erudire, atq; illuſtrare ſuos, quorum quidem ſimplicitatem animi, mentiſq; candorem eximium, ac diuina addiſcendi patiendiúe ardorem experitur. Et ſolet id nō rarò efficere oſtentis quibuſdam, ac figuris ad ſpeciem quidem exigui momenti, quæ tamen & plena myſterijs, & ad com-

mentandum de rebus ſublimiſſimis accõmodatiſſima ſint. Teſtes huius rei habemus ipſas etiam ſacras tabulas, quæ veterum nobis vatum, Iſaiæ, Ezechielis, Danielis ac cæterorum, rotas, currus, mira animaliũ ſpectra, & ſexcentas alias formas obiectas exhibent, quibus illis ſapientiſſimus Deus ſumma Sacramẽta veluti tenui velamine operta demõſtrare voluit. In horum numero Deus, etiam Heluetium noſtrum Vatem cenſuit, vt cùm ex ſupra memoratis, tùm etiam ex iam memorandis videre erit. Rota ei quondã cœlo ſubmiſſa ante oculos videbatur, quæ duplici abſide iuncta ſex radijs æqualiter diſtinguebatur; modiolum ſeu rotæ cardinem facies miri decoris firmabat, & facies quidem illa diuinam præ ſe Maieſtatẽ ferebat, redimita coronâ, quali ferè Imperatores vtuntur. Radij ipſi aurei

ac

ac lucentes diuerſis formis variabantur, tres enim cōuerſo in faciem cuſpide, ex eius oculis, auribus, oreque exibant, & in extremâ rotæ abſide latius deſinebant. Reliquorum verò trium cuſpis auerſus erat à facie, extremæq́; rotæ margines aliquantum tranſgrediebatur, interiori autē eius abſidi latius ſeſe diffundentes eorum baſes inſiſtebant. Eiaculabatur hæc tota machina tā intenſām ex ſeſe vndequaq; lucem ſplendoremúe, vt eo veluti fulminatus vir DEI auerſo vultu in terram proſterneretur, tantoque terrore perſtrictus, cor ſibi in mille partes diſruptum iri cenſeret. Imò ex hoc incendio ſcintilla quædā in viri ſancti faciem euibrata, ita in eâ velut in Moiſis quondam facie ad mortem vſq; hæſit, vt qui eum deinceps viſebant, primo intuitu perterrefacti ſplendore quodam inſolito per-

percellerentur. Atq; hanc ipſam tam admirandam figuram ſibi cœlitus oſtēſam Nicolaus ſubinde in tabellâ delineari, ac perpetuò ſibi ante oculos verſari voluit, eamque tabellam librum ſuū appellitauit, quem in Spiritûs Sancti Academiâ legere didiciſſet, in quo reconditiſſima quæq; Sacramenta meditando quotidie perlegebat. Facies illa coronata in interiori rotæ abſide, immēſæ diuinitatis abyſſum in ſummo cœli throno reſidentem, omniaque interim longè lateq; implentem ſignificabat. Interior abſis ſupremum diuinæ indiuiſæq; naturæ atque eſſentiæ ſolium, exterior verò totius Vniuerſi ambitū repræſentabat; tres illi radij, quorum acies diuino nutui infixa videbatur, diuinitatis triadem notabant; Procedebant illi ex ore, oculis, ac auribus, atq; in extimo rotæ circulo terminabantur;

bantur; vnde vir Dei diſcebat, verbo Dei ex ore eius condita eſſe omnia, regi ac gubernari omnia, quæ cœli terræq́; ambitu comprehenduntur; nihil vſquã agi, cuius ipſe oculis ſuis arbiter non ſit; nihil vnquam dici, quod ipſe non auribus ſuis audiat. Hos eoſdem etiam radios in exteriore circulo terminatos veluti vias quaſdam ſibi imaginabatur, per quas ex rebus conditis in cognitionem Cõditoris veniri poſſit. Cæteri verò radij extra rotæ abſides excurrentes diuinæ immenſitatis notæ erant, quę totius Vniuerſi ambitu cõcludi atq; comprehendi non poſſit; eos etiam veluti vias quaſdã explicabat, quibus Deus ipſe liberaliſſimus in homines ſeſe prodigaliter effudiſſe, idque triplici præ cæteris beneficio, Creationis, Redemptionis, & Inſtitutionis S.S. Synaxeos. Quod denique baſes

eorum intus quidem latiores eſſent, foris verò in cuſpides acuminarētur, id ſic interpretabatur, DEI quidem opera in ſe magna eſſe, infinitæ verò Maieſtati eius comparata exigua apparere; infinitum item Numen paruā formam in terris aſſumere, ſeſeq; ſub exiguis panis viniq; ſpeciebus in diuiniſſimo Euchariſtiæ Sacramento occulere voluiſſe. Ex ijſdē etiā radijs colligere ſolebat virtutem illam Altiſſimi, quæ Deiparæ Virgini ab omni æuo prædeſtinata eſt, eamq; ſuo tempore obumbrauit, atque Spiritûs S. gratiâ impleuit. *Luc* 1. Item breuitatē vitæ humanæ; quæ cùm fluxa prorſus ſit, ac tranſitoria, nobis tamen infinitam promereri poſſit beatitudinem. Hæc igitur cœleſtis illi⁹ philoſophia fuit ac Theologia, cui Magiſtro Deo totis prope viginti annis dies noctesque ſolerter incubuit, quamq; etiam

prout

prout ipſe didicerat, auditoribus ſuis magnâ animi demiſſione profeſſus eſt. Nec dubium eſt, quin Deus hunc ſeruum ſuũ multis etiam alijs oſtẽtis ſæpe aut erudierit, aut exhilarârit, quæ tamen eiuſce viri modeſtia in vulgus prodire, ac prodi noluit; ita prorſus ab omni iactantiâ atq; oſtentatione alienus erat. Illud inter cætera memoriç proditum reperio, quod diebus hilarioribus, quos alij Baccho potiſſimùm veneriq; prauâ cõſuetudine ſolent dedicare, à familiaribus ſuis aliquando conuentus Nicolaus, in ſuâ cella humi proſtratus, adeoq; ab omni ſenſu abſtractus repertus fuerit, vt mortuo quàm dormienti ſimilior excitari vix maximo conatu potuerit. Vbi ſe ſibi prorſus denique redditum ſenſit, quærentibus anxiè, vbinam fuiſſet, quidúe interim actitâſſet, paucis reſpondit: Suauiſſima

ſeſe hilaria loco procul diſſito magnâ animi voluptate tranſegiſſe.

CAPVT XI.

Inſidias dæmonum Nicolaus ſuperat.

EO nimirum ingenio eſt ſemperque fuit capitalis humani generis hoſtis, vt quos Deo amiciſſimos eſſe cognoſcit atq; coniunctiſſimos, eos vel maxime hoſtiliter infeſtet, ac perſequatur. Atque huius rei teſtem Iobū ex veteri inſtrumento, ex nouo Paulum alioſq; liceret ſexcentos producere, ſi cauſa ipſo meridiano ſole clarior patronis ac teſtibus egeret. Quid enim veterū Patrum toto orbe longe lateq; per abditiſſimas terrarū eremos diffuſa aſceteria aliud, niſi palæſtræ, circi, aut amphitheatra fuerūt, in quibus viri ſanctiſſimi cum hâc beſtiâ decertârunt? Loquantur ipſi Antonij, Pauli, Hilariones, cæteri inenu-

enumerabiles, pugnas ſuas ac victorias, quas de hoſte obtinuerunt, ego quia id ſuperuacaneum eſſe duco, ad Nicolaum noſtrum poſtliminiò regredior, *Ne enim eum magnitudo reuelationum extolleret, datus eſt ei Angelus ſathanæ, qui eum colaphizaret. 2. Cor.*12. Tanto ſeſe impetu ſæpe tartareus ille turbo effractis veluti ſtygijs clauſtris effudit, atq; in viri Dei tuguriolum incurrit, vt illud propius à ruinâ abeſſe, funditusq; peruerti videretur. Sæpius aſſumptâ horribili ſpecie introgreſſus, cum eo cominus congredi non eſt veritus, vt vel verberum atrocitate, vel minarũ terrore eum inde exactum à propoſito ſuo auerteret. Nonnunquam etiam eò audaciæ progreſſus eſt, vt fortẽ athletam venerãdo capillicio prehenſum ac proteruâ violẽtiâ foras protractũ eijceret. Verùm enim, omnes hæ turbu-

bulenti hoſtis machinæ incaſſum ceciderũt, vicit inuictiſſimus Nicolaus, vim quidem non vi repellendo, ſed magnâ virtute ſuſtinendo; obiecit viriliter inſano tortori exſuccum inediâ & exſangue corpus; cædi maluit quàm cedere; raptari, trahi, proijci potuit, à propoſito tamen ſuo auelli non potuit. Quid igitur vafer inimicus agat? receptui canat? manus det? herbam porrigat? peruicacia nimirũ eius, etiam triumphata, frangi tamen non potuit.

Pro more atq; ingenio ſuo, à vi ad fraudes ac ſtratagemata deſcendit; hominis effigiem aſſumit, virum nobilem vano corporis oriſúe habitu mentitur; veſtis illi bombycina, torques circa collum aureus, ſaphirus in digitis; equo ſedebat nobili; animi gratiâ deſertum ſe obequitare ſimulabat, excitum tugurio Anachoretã

adi

ad colloquium inuitabat, varia in mediũ proferebat; atq; inter cætera, diſplicere ſibi eam vitæ rationem in tali viro, rudem eum eſſe atq; imperitum, à verſuto hoſte facilè decipi poſſe, ſolum paruo impetu ſterni, *&* *ſi ceciderit ſubleuantem ſe non habere. Eccl.4.* tutius eſſe in hominum ſocietate viuere, ſibiq; non nimiũ fidere; lõgam nimis eſſe hanc vitam, quam auſpicatus eſſet; falli eum, ſi ſe in eâ ad finem vſq; perſeueraturum crederet. Subiecit deniq; certò ſibi conſtare, hoc eum viuendi modo æternam, quam quæreret, beatitudinem, patriæque illius cœleſtis gaudia non conſecuturum; rectius itaq; facturũ, ſi ſingularis eſſe deſinat, ipſe homo hominum more, atq; inter homines viuat, nihilque humani à ſe alienum ducat. Altius, quàm dici poteſt, hæc tam fraudulenta ac pernicioſa dicta

Nicolai animum ſubiêrunt, eumque teli adinſtar grauiter ſauciârunt; ſenſit nimirum extemplo quis eſſet, qui talia ſuggereret, nobilis ſcilicet ille apoſtata ſpiritus, ruinâ cœleſti nobilis, nobilis implacabili in genus humanũ odio atq; inuidia; vnde ipſum reſponſione non dignatus, ſilentio referiendum atq; cõtemptu cenſuit. Mentem interim ad Deum, eiuſque Deiparam Matrem conuerſus, cõtra verſuti veteratoris technas obfirmauit, opemq; obnixe flagitauit. Quo facto vanus ſpiritus confuſus e veſtigio apparere deſijt.

Aliàs item non procul à cella ſua ad Melchæ ripam obambulanti Nicolao idem præſtigiator opulenti mercatoris habitu occurrit, grandis enim ei de cingulo crumena pendebat. Cumq; iam proxime virum Dei nefandus ſpiritus aſſiſteret, ſic eum

affarj

affari cæpit: Quid tu hîc, mi frater, in ſolitudine ſolus? quid homines refugis, cùm hominibus prodeſſe plurimùm poſſis? prudẽs es vir, prouidus, ac præ cæteris multarum rerum experientiſſim⁹; hæcciné igitur omnia in deſerto hoc te ſepelire? ſubſidia tua atq; conſilia multis indigentibus neceſſaria atq; ſalutaria per ſeparationem iſtam atque obſtinatam tuam abſentiam ſuffurari? ad hæc Nicolaus: Tu verò, inquit, miſer, quid me doces? tibi ipſi, ſi ſaperes, melius olim ſuaſiſſes, cùm cœleſti adhuc gloriâ fruerêre, ne vnquam inde expulſus in tartareas voragines demergereris. Atq; hoc dicto ſuperbum hoſtem ab ſe procul abegit.

CAPVT XII.

Nicolaus Deiparam Virginem enixè colit.

FERVNT Nicolaum cuidam intimo

timo ſuo amico Senatorij ordinis viro ſæpiùs faſſum eſſe, quotidianum quidem ſibi cum laruis illis infernalibus certamen eſſe, ſe tamen potiſſimum poſt Deum præſidium in Deiparâ Virgine ponere, cuius ope ac ſolatio in ſuis certaminibus nunquam deſtitueretur. Vnde multi non vana coniectura colligunt, pijſſimam illã Dominam ſæpe ſeruo ſuo in ijs concertationibus aſpectabili formâ adſtitiſſe, ac monſtroſa illa ſpectra in fugam vertiſſe. Illud omnino indubitatum eſt, præcipua poſt Deum pietate ac veneratione Nicolaum in hanc ſuã patronam flagraſſe, id monumenta de eo teſtãtur antiqua plurima, pictæ tabellæ, biographorum eius ſcripta, ſchediaſmata cætera, quæ de ipſo mentionem faciunt. Coronam certè eiuſdem Virginis, ſeu roſarium, vt vocamus, quod piacularibus eidem

ſalu-

ſalutandæ orbiculis contextum veluti teſſeram catholici hominis circumferimus, è manibus ille nunquã ponebat, ſed verſabat, ac percurrebat creberrimè. Sed & peregrinus ille, quicum vt ſupra recenſui, ſingulari de rebus diuinis colloquio congreſſus eſt, id ſe paſſim de eo per famam cognouiſſe prodidit, peculiari Nicolaum in cœli Reginam exarſiſſe religione, atq; adeò ferre non potuiſſe, ſed correxiſſe eos, qui dicebant, intemeratam illã Virginẽ in vtero quidẽ materno non ſine originalis peccati labe conceptam eſſe, mox tamen vt concepta fuerit, in ipſis adhuc maternis viſceribus eiuſdem maculæ purgationem, ac perfectam animæ corporiſue ſanctificationẽ obtinuiſſe Quid ſi hodie viueret vir Dei, quid dicturum putamus, & quâ cenſurâ notaturum eos Mariomaſtygas, quibus

timo ſuo amico Senatorij ordinis viro ſæpiùs faſſum eſſe, quotidianum quidem ſibi cum laruis illis infernalibus certamen eſſe, ſe tamen potiſſimum poſt Deum præſidium in Deiparâ Virgine ponere, cuius ope ac ſolatio in ſuis certaminibus nunquam destitueretur. Vnde multi non vana coniectura colligunt, pijſſimam illã Dominam ſæpe ſeruo ſuo in ijs conſcertationibus aſpectabili formâ adſtitiſſe, ac monſtroſa illa ſpectra in fugam vertiſſe. Illud omnino indubitatum eſt, præcipua poſt Deum pietate ac veneratione Nicolaum in hanc ſuã patronam flagraſſe, id monumenta de eo teſtãtur antiqua plurima, pictæ tabellæ, biographorum eius ſcripta, ſchediaſmata cætera, quæ de ipſo mentionem faciunt. Coronam certè eiuſdem Virginis, ſeu roſarium, vt vocamus, quod piacularibus eidem

ſalu-

ſalutandæ orbiculis contextum veluti teſſeram catholici hominis circumferimus,è manibus ille nunquã ponebat,ſed verſabat,ac percurrebat creberrimè. Sed & peregrinus ille, quicum vt ſupra recenſui, ſingulari de rebus diuinis colloquio congreſſus eſt, id ſe paſſim de eo per famam cognouiſſe prodidit peculiari Nicolaum in cœli Reginam exarſiſſe religione, atq; adeò ferre non potuiſſe, ſed correxiſſe eos,qui dicebant,intemeratam illã Virginẽ in vtero quidẽ materno non ſine originalis peccati labe conceptam eſſe, mox tamen vt concepta fuerit, in ipſis adhuc maternis viſceribus eiuſdem maculæ purgationem, ac perfectam animæ corporiſúe ſanctificationẽ obtinuiſſe Quid ſi hodie viueret vir Dei,quid dicturum putamus, & quâ cenſurâ notaturum eos Mariomaſtygas,qui-

bus

bus tam paruo in pretio ac honore eſt magna Dei Mater, quam quæuis ex ganeâ triobolaris læna? qui caprã ab eâ dignitate non ſuperari blaſphemant? qui facetijs, ſcommatibus, ac ſacrilegijs eam, vbicunq; poſſunt, lacerant? Præuidit ſanè vir prouidus, vt paulò pòſt exponam, hoc ſacrilegum hominum genus, imò hanc ſtyge oriundam prolem, eamque prius etiam, quàm naſceretur, ſuo calculo damnauit, ac viperâ magis cauendã, fugiendamúe præmonuit. Refert pijſſimæ memoriæ Petrus Caniſius, inter alias precandi formulas, quibus Nicolaus ſingulariter aſſueuerat, etiã hunc pium orandi, magnamq; DEI Matrem ſalutandi modum; *Salue pura, intemerata, ſanctaq; Dei Genitrix Maria, mater miſericordiæ, mater Chriſti Omnipotentis Dei atq; hominis. Rogo te incontaminata ac nobilis virgo pia ac*

digna

digna Dei mater, eſtò nobis apud Filium tuum dilectum, ac Iudicem noſtrum Ieſum Chriſtum efficax patrona; vt miſeros nos peccatores infinitâ ſuâ miſericordiâ in hac lachrimarum valle impertiatur, ac in amore ſuo & gratiâ vſq; & vſq; conſeruet; nec nos huius mundi exilio eximi patiatur, niſi corde contrito puroq; pectore, pretioſo eius corpore ac ſanguine paſtos. Rogo te etiã, O laudum ac gratiarum pleniſſima mater Maria, id nobis inter cætera à Filio tuo dilecto Domino noſtro impetra, vt piam miſericordiã ſuam, nõ tantùm ad omnes viuos peccatores ac peccatrices, verùm etiã ad omnes fidelium animas extendat, easq; ex pœnis purgatorijs liberet, atq; in ſempiternum ſuum regnum miſericorditer ſuſcipiat; Amen. Vnde deniq; abundè manifeſtum eſt, quo affectu ac ſtudio in Beatam Virginem noſter Nicolaus ferretur.

CAPVT XIII.

Occultas hominum cogitationes agnoſcit.

MVltus quidem erat ad virum Dei, vt dixi, ex omni hominũ genere confluxus, verùmenimuero non omnibus ſine diſcrimine ac delectu patebat aditus, diuinitùs enim id conſecutus fuerat, vt aduentantiũ ad ſe corda penitiùs introſpiceret, etiamſi præſentes nondum eſſent, eoſque ipſe nec vidiſſet ante, nec vnquam cognouiſſet. Probè igitur procul perſpiciebat, quos melioris vitæ ſtudium ac fruges, quoſue curioſitas ad eum detuliſſet, & hos quidem oppeſſulata ſpecûs ianua arcebat, illos autem blandè ſuauiterq; excipiebat. Si quos leuitas animi tantùm, ac phariſaica tentandi libido eò adduxiſſet, hos ſcilicet omni ſtudio declinabat, nec

nec eos vnquam in conſpectum ſuū admittebat. Acceſſerat ad ipſum vir, neſcio quis, moribus haud ſanè caſtis, quippe qui adulterino amore ſaucius, coniugalis thori leges nullo loco habebat; is, cùm ſimulatâ religione multa ab eo ſciſcitaretur, ſeſeq; diſcendi auidum oſtenderet, manu prehenſus, atq; à viro Sancto, qui arcana pectoris eius jam prorſus peruaſerat, ad profluentem Melcham deductus eſt. Cùm vterq; deſcendiſſet, Nicolaus ad impurum hominem cōuerſus, Hic ego inquit, tibi demōſtrabo, quis in alterâ vitâ ſit eorum ſtatus, qui, dum viuerent, impuris ac adulterinis amoribus ſeſe implicuerunt. Quo dicto extemplo vmbræ duæ teterrimæ, (earum fortè pellicū, quibus ij, dum viuerent, turpiter inſueuerat) ex aquis emerſerunt, pluſquam ferrum candens ignitæ, ita vt

ex ijs vndiq; ignjuomi flammarum globi prorumperent; ruebant extra aquas in mutuos amplexus, atque in altum ſublatæ horrendum collidebãtur; mox verò vi quadam occultâ in torrentem retruſæ non comparebant; vnde ſæpiùs eiectæ, identidem atrociter vociferantes eodem reprimebantur, donec tandẽ videri prorſus deſierunt. Ea res adultero illi, de quo dixi, tantum terrorem incuſſit, vt vix pedibus conſiſteret, animoq́; ac viribus deſtitueretur; at verò Nicolaus contra ſuauiter hominẽ compellare, roborare, hortari ad meliorẽ frugem, turpes amores diſſuadere, Dei in pęnitentes miſericordiam cõmendare, atq; ita eruditum ab ſe dimittere. Redijt ipſe vnde venerat, ſuoſq́; mores ac vitam ſeriò correxit.

Socium ſuum Vdalricum, de quo plura infra, horis pomeridianis nonnun-

nũquam vir Sanctus inuiſere, & cum eo de rebus diuinis commercium habere ſolebat. Cùm igitur die quadã ſub dio pro more colloquerẽtur, ecce tibi adoleſcens procul ad eos accedebat oneratus tribus recẽtibus butyri maſſis, quas eius parentes tribus illius loci Sacellis in lampadis vſum offerendas deuouerant. Cùm igitur eminus vir Dei adoleſcentem aduentantem conſpiceret, ſublatâ dextrâ multas contra eum in aëre cruces formabat, ita vt adoleſcentẽ, qui id obſeruabat, in magnã raperet admirationem. Et jam Nicolaus abierat, cùm propius accedens ad Vdalricum puer, ecquid frater Nicolaus eum eminus tot crucibus ſignâſſet, ſciſcitabatur. Cui Vdalricus, ingenti, inquit, te cacodæmonum turba cinctum vir ille perſpicax vidit, qui tibi clanculum ſuadebant, hæc parẽtum

tuorum vota in tuã rem conuertere, ijſq; templa, quibus deſtinata erant, defraudare. Agnouit, quòd res erat, adoleſcens, vnde nimirum cogitationes, quas animo verſâſſet, originem traxiſſent; perlatis igitur, quò iuſſus fuerat, oblatiſque patrijs illis donis, domum reuerſus, vtriuſq; Eremitæ ſanctitatem deprædicare nunquam ceſſauit.

In pago Kerns maritus quidam apud vxorem ſuam in ſuſpicionem adulterinæ cõſuetudinis cum vicinâ muliere venerat; fouebat in fœmineo pectore zelotypas has faces tartareus hoſtis, nec ei locũ interquieſcendi vllum dabat; prodibat aliquando infelix fęmina domo in vicinum pratũ, cuius vmbilicum denſi frutices occupabant; huc cùm oculos ſuſpicione plenos conijceret, omnino videre ſibi videbatur virum muliere comitatum,

tatum, qui inter illas frutices ſe occuleret, nec dubitabat, quin maritus ſuus vnà cum ſuſpectâ fœminâ eò ſe adulterij committendi gratia penetraſſet. Vehementi igitur furore ſuccenſa cultrum vagina nudat, plenoq́; curſu ad locum properat, adulteram protinus confoſſura. Purum id erat ludibrium impuri cacodæmonis; frutetum enim ingreſſa neminē illic reperit; domi deinde ſuæ recto itinere requiſitam mulierem ſuſpectam, ſcabello reſidentem inuenit, atq; in eius gremio filiolum, qui ab eius vberibus pendebat. Animo igitur penitus confuſa, quòd ſe deluſam videret, ad fratrem Nicolaum ſe tãdem conferre, eiuſq́; conſilio vti decreuit. Quo vbi peruenit, omnes ad eum aditus ab hominū multitudine, qui eo fortè tempore illuc confluxerant, obſeptos deprehendit, ſuccedebant

abeuntibus recentes turbę, quæ eam excludebant, quo minus ſecretò, quę vellet, viro Dei colloqueretur. Non ceſſabat interea callidus ille genius clanculum perturbatæ mulieris animum furioſius incendere, eiq́; itendidem ſuggerere, id quod de viro ſuſpicaretur, dum ipſa domo abeſſet, certo certius opere completum eſſe; vnde cùm acceſſum illo veſpere ad virum Dei deſperaret, jam jamq́; ſe ad reditum accingeret, ecce tibi vir Dei tugurio ſuo in Sacellum, vbi hæc mulier inter confertiſſimam vtriuſq; ſexûs turbam adhuc cõſiſtebat, prodire, ſublataq́; voce veluti concionabundus ſimul omnes affari, ac dicere. Anxia quædã inter vos fæmina verſatur, quæ huc me conſultum acceſſit, huic ego conteſtor, domum vt redeat, falſamq́; opinionem, quã de duobus illis immeritò concepit,

ſepo-

ſeponat, cũm ſint eius criminis prorſus expertes. His dictis, ille quidem extemplo in cubiculum ſuum redijt, præſentes verò homines admirabũdi circumſpiciebant; ignari ad quem, vel de quibus verba illa tam fideliter atq; apertè prolata eſſent. Mulier verò illa, cuius cauſa agebatur, rẽ probè intelligens, eodem momento, & ſe dubio zeloque omni liberam, & maritũ ab omni peruerſa ſuſpicione tanto teſtimonio abundè vindicatũ perſenſit.

Acceſſerat aliquando ad virum Sanctum Heluetius neſcio quis, habitu ac voce profanus, in veſtitu enĩ nihil heluecicum, ſed peregrina erant omnia, nihil auitum, ſed omnia ludicra & hiſtrionica; hiabat enim veſtis varijs de induſtria ſciſſuris, ac per feneſtratum thoracem vanitas vndiq; tralucebat. Hic igitur vaniſſimus ho-

abeuntibus recentes turbę, quæ eam excludebant, quo minus ſecretò, quę vellet, viro Dei colloqueretur. Non ceſſabat interea callidus ille genius clanculum perturbatæ mulieris animum furioſius incendere, eiq; itendidem ſuggerere, id quod de viro ſuſpicaretur, dum ipſa domo abeſſet, certo certius opere completum eſſe; vnde cùm acceſſum illo veſpere ad virum Dei deſperaret, jam jamq; ſe ad reditum accingeret, ecce tibi vir Dei tugurio ſuo in Sacellum, vbi hæc mulier inter confertiſſimam vtriuſq; ſexûs turbam adhuc cõſiſtebat, prodire, ſublataq; voce veluti concionabundus ſimul omnes affari, ac dicere. Anxia quædã inter vos fæmina verſatur, quæ huc me conſultum acceſſit, huic ego conteſtor, domum vt redeat; falſamq; opinionem, quã de duobus illis immeritò concepit,

ſepo-

ſeponat, cũm ſint eius criminis prorſus expertes. His dictis, ille quidem extemplo in cubiculum ſuum redijt, præſentes verò homines admirabũdi circumſpiciebant, ignari ad quem, vel de quibus verba illa tam fideliter atq; apertè prolata eſſent. Mulier verò illa, cuius cauſa agebatur, rẽ probè intelligens, eodem momento, & ſe dubio zeloque omni liberam, & maritũ ab omni peruerſa ſuſpicione tanto teſtimonio abundè vindicatũ perſenſit.

Acceſſerat aliquando ad virum Sanctum Heluetius neſcio quis, habitu ac voce profanus, in veſtitu enĩ nihil heluecicum, ſed peregrina erant omnia, nihil auitum, ſed omnia ludicra & hiſtrionica; hiabat enim veſtis varijs de induſtria ſciſſuris, ac per feneſtratum thoracem vanitas vndiq; tralucebat. Hic igitur vaniſſimus ho-

mo, cùm ſeſe magno cum faſtu ad virum DEI inferret, ac iactabundus rogaret, nunquid ei cultus iſte placeret? reſpondit ille, ſi cor bonum ſit, de cætero ſalua eſſe omnia; tuũ verò cor tam ſincerum, ac bonũ eſſe poſſet, vt ſpreta hac damnata indumentorum inſolentia à patriæ modeſtia non degenerares. Atq; ita ſuauiter ſimul & neruosè correctum domũ remiſit. Quid verò nunc Nicolaus de ſua Heluetia ſentire credendus eſt, in quam è cœleſti ſpeculâ deſpiciens, totam Galliam, Angliam, Italiam, Hiſpaniam, quoad veſtes, videt immigrâſſe? vanos prorſus ne dicam ſtolidos populares ſuos ſi pronuntiet, nimis certè leui eos cenſurâ ferire iudicandus eſt, vtpote qui tãto interuallo ab antiqua maiorum diſciplina deflexerint.

Conſtantienſis quidam ciuis pecorum

corum mercatum exercens, ita rerũ ſuarum incurius erat, vt breui tempore ad incitas redigeretur; ſępius illi per Heluetiam iter erat, vnde Nicolaj celebris fama eum latere non potuit. Cùm igitur ſua in fundo videret, dicebat quibuſdam, multa ſe de fratre Nicolao inaudiſſe, proinde iturum ſe, atq; experientiâ probaturum, quid tandem vir ille poſſit. Pergit, à cingulo ingentem crumenam non ære vel argento, ſed fæno turgẽtem, reſtes item ſuſpendit, quaſi totos pecorum greges atq; armenta coëmpturus, atq; ita Sancti viri conſpectui ſe ſiſtit. Ad quem Nicolaus, ſimulas, inquit, diuitias miſer, tuamque paupertatẽ diſſimulas; turget crumena, ſed ne teruncium quidem condit. His dictis, rubore perfuſus inanis mercator, pedem, vnde venerat, retulit.

CAPVT XIV.

Abſentium & futurorum prognoſtes eſt Nicolaus.

NON tantùm corda hominum diuinitùs adiutus Nicolaus inſpicere potuit, ſed etiam lõgè diſſita, ac multo pòſt tempore ſecutura proſpicere. Heluetiorũ genti ſuæ multa veridicus vates prænunciauit, quæ poſteriora primùm ſæcula non ſine luctu & dolore aſpexerunt. Circa annum eius æui ſextum ſupra ſeptuageſimum Heluetiæ Cantones celebribus victorijs de Carolo Burgundionum Duce, qui eorum fines populabundus inuaſerat, oppidiſúe nonnullis vi captis, propugnatores eorum ſuſpendio multauerat, triumphârũt, atq; opimâ manubiorum prædâ ditiores domum redierunt. Fuit tamẽ ea res ipſis fæderatis ſeges litium ac diſcor-

diſcordiarum; de ſpoliorum partitione diſſenſio inciderat, & quidē cùm in octo partes diſpertienda eſſent, Tigurini, Bernates, ac Lucernenſes maiores portiones poſtulabant, eò quod in eas expeditiones maiores etiam cæteris impenſas feciſſent; cæteræ verò quinq; Reſp. quod æque ſe ſtrenuè rem geſſiſſe, periculiſúe capita obieciſſe dicerent, tribus illis Ciuitatibus inferiores eſſe nolebant, ſibiq; de prædâ nihil ſubtrahi patiebantur. Accedebant & Noithonum Legati, Friburgenſis ſcilicet, ac Solodorenſis Reip. qui confœderatorum animos ſolicitabant, vt in eiuſdem fœderis ſocietatem admitti cum cæteris Cantonibus poſſent. Diſſentiebant etiam hîc ſtudia ac vota; trium Ciuitatum ſentētia erat, nō reſpuere tales ſocios, qui ſe vltro offerrent; renuebant reliqui præfractis animis fœ-

dera ampliare. Tigurini igitur Bernates, & Lucernenses, cùm cæteros à cōceptâ ſemel mente dimoueri poſſe deſperarent, ſingulari ſibi fœdere Friburgenſes & Solodoranos aſtrinxerunt, id quod permoleſtè ſanè grauiterque Vranienſes, Suitenſes, cæterique fæderati acceperunt, atque cò denique lis deducta eſt, vt ad arma propè proruentes, nō niſi ferro eam decidi poſſe ſperarent. Diſplicuêre meritò hi motus Nicolao noſtro, quippe qui probè nôrat, quo incentore ſuſcitarentur, quantæque illi Rerumpublicarum peſtes eſſent. Bono igitur publico quietem ſuam poſtponens, operam varcè dabat, vti Stantiam Subſiluaniæ oppidum cōmunibus Comitij Heluetiorum Proceres coirent, ac de pace fæderūque conditionibus æquis inter ſe animis diſquirerent: Friburgenſium

etiam

etiã ac Solodorenſium Legatos per internuncios hortabatur, iiſdem Comitijs ſeſe ſiſtere, ac Ciuitatũ ſuarum cauſam denuò vrgere. Incredibile dictu eſt quanto ſtudio tota Heluetiorum natio viri tam magni conſiliũ arripuerit, proſperũ jam inde omnes Comitiorum exitum augurabantur, quod tanti virj auſpicijs conuocarẽtur. Ea paſſim popularium vna vox erat, Fratris Nicolaj meritis ac feruẽtibus apud Deum obſecrationibus omnem patriæ incolumitatẽ deberi, in prælijs illis Granſonenſi, Murtenſi, ac Nanſeenſi, non ſuas vires, ſed Nicolaj preces viciſſe, abſentem ipſum in militum manibus pugnâſſe, actum ſe acturos fuiſſe cõtra tantum hoſtẽ, niſi diuinum ipſis Numen Nicolaus propitium feciſſet. Ita ſanè diſertis verbis Henricus Gundelfingius, hac de re ſcribit. *Ea nobis*, inquit, *certè ſen-*

ex ijs vndiq; ignijuomi flammarum globi prorumperent; ruebant extra aquas in mutuos amplexus, atque in altum ſublatæ horrendum collidebātur; mox verò vi quadam occultâ in torrentem retruſæ non comparebant; vnde ſæpiùs eiectæ, identidem atrociter vociferantes eodem reprimebantur, donec tandē videri prorſus deſierunt. Ea res adultero illi, de quo dixi, tantum terrorem incuſſit, vt vix pedibus conſiſteret, animoq; ac viribus deſtitueretur; at verò Nicolaus contra ſuauiter hominē compellare, roborare, hortari ad meliorē frugem, turpes amores diſſuadere, Dei in pœnitentes miſericordiam cōmendare, atq; ita eruditum ab ſe dimittere. Rediijt ipſe vnde venerat, ſuoſq; mores ac vitam ſeriò correxit.

Socium ſuum Vdalricum, de quo plura infra, horis pomeridianis non-

nun-

nūquam vir Sanctus inuiſere, & cum eo de rebus diuinis commercium habere ſolebat. Cùm igitur die quadā ſub dio pro more colloquerētur, ecce tibi adoleſcens procul ad eos accedebat oneratus tribus recētibus butyri maſſis, quas eius parentes tribus illius loci Sacellis in lampadis vſum offerendas deuouerant. Cùm igitur eminus vir Dei adoleſcentem aduentantem conſpiceret, ſublatâ dextrâ multas contra eum in aëre cruces formabat, ita vt adoleſcentē, qui id obſeruabat, in magnā raperet admirationem. Et jam Nicolaus abierat, cùm propius accedens ad Vdalricum puer, ecquid frater Nicolaus eum eminus tot crucibus ſignâſſet, ſciſcitabatur. Cui Vdalricus, ingenti, inquit, te cacodæmonum turba cinctum vir ille perſpicax vidit, qui tibi clanculum ſuadebant, hæc parētum

tuorum vota in tuã rem conuertere, ijſq; templa, quibus deſtinata erant, defraudare. Agnouit, quòd res erat, adoleſcens, vnde nimirum cogitationes, quas animo verſâſſet, originem traxiſſent; perlatis igitur, quò iuſſus fuerat, oblatiſque patrijs illis donis, domum reuerſus, vtriuſq; Eremitæ ſanctitatem deprædicare nunquam ceſſauit.

In pago Kerns maritus quidam apud vxorem ſuam in ſuſpicionem adulterinæ cõſuetudinis cum vicinâ muliere venerat; fouebat in fæmineo pectore zelotypas has faces tartareus hoſtis, nec ei locũ interquieſcendi vllum dabat; prodibat aliquando infelix fęmina domo in vicinum pratũ, cuius vmbilicum denſi frutices occupabant; huc cùm oculos ſuſpicione plenos conijceret, omnino videre ſibi videbatur virum muliere comitatum,

ta tum, qui inter illas frutices ſe occuleret, nec dubitabat, quin maritus ſuus vnà cum ſuſpectâ fæminâ eò ſe adulterij committendi gratia penetraſſet. Vehementi igitur furore ſuccenſa cultrum vagina nudat, plenoq; curſu ad locum properat; adulteram protinus confoſſura. Purum id erat ludibrium impuri cacodæmonis; frutetum enim ingreſſa neminē illic reperit; domi deinde ſuæ recto itinere requiſitam mulierem ſuſpectam, ſcabello reſidentem inuenit, atq; in eius gremio filiolum, qui ab eius vberibus pendebat. Animo igitur penitus confuſa, quòd ſe deluſam videret, ad fratrem Nicolaum ſe tādem conferre, eiuſq; conſilio vti decreuit. Quo vbi peruenit, omnes ad eum aditus ab hominū multitudine, qui eo fortè tempore illuc confluxerant, obſeptos deprehendit, ſuccedebant

abeuntibus recentes turbę, quæ eam excludebant, quo minus ſecretò, quę vellet, viro Dei colloqueretur. Non ceſſabat interea callidus ille genius clanculum perturbatæ mulieris animum furioſius incendere, eiq́; itendidem ſuggerere, id quod de viro ſuſpicaretur, dum ipſa domo abeſſet, certo certius opere completum eſſe; vnde cùm acceſſum illo veſpere ad virum Dei deſperaret, jam jamq́; ſe ad reditum accingeret, ecce tibi vir Dei tugurio ſuo in Sacellum, vbi hæc mulier inter confertiſſimam vtriuſq; ſexûs turbam adhuc cõſiſtebat, prodire, ſublataq́; voce veluti concionabundus ſimul omnes affari, ac dicere. Anxia quædã inter vos fæmina verſatur, quæ huc me conſultum acceſſit, huic ego conteſtor, domum vt redeat, falſamq́; opinionem, quã de duobus illis immeritò concepit, ſepo-

ſeponat, cũm ſint eius criminis prorſus expertes. His dictis, ille quidem extemplo in cubiculum ſuum redijt, præſentes verò homines admirabũdi circumſpiciebant, ignari ad quem, vel de quibus verba illa tam fideliter atq; apertè prolata eſſent. Mulier verò illa, cuius cauſa agebatur, rẽ probè intelligens, eodem momento, & ſe dubio zeloque omni liberam, & maritũ ab omni peruerſa ſuſpicione tanto teſtimonio abundè vindicatũ perſenſit.

Acceſſerat aliquando ad virum Sanctum Heluetius neſcio quis, habitu ac voce profanus, in veſtitu enĩ nihil heluețicum, ſed peregrina erant omnia, nihil auitum, ſed omnia ludicra & hiſtrionica; hiabat enim veſtis varijs de induſtria ſciſſuris, ac per feneſtratum thoracem vanitas vndiq; tralucebat. Hic igitur vaniſſimus ho-

mo, cùm ſeſe magno cum faſtu ad virum DEI inſerret, ac iactabundus rogaret, nunquid ei cultus iſte placeret? reſpondit ille, ſi cor bonum ſit, de cætero ſalua eſſe omnia; tuũ verò cor tam ſincerum, ac bonũ eſſe poſſet, vt ſpreta hac damnata indumentorum inſolentia à patriæ modeſtia non degenerares. Atq; ita ſuauiter ſimul & neruosè correctum domũ remiſit. Quid verò nunc Nicolaus de ſua Heluetia ſentire credendus eſt, in quam è cœleſti ſpeculâ deſpiciens, totam Galliam, Angliam, Italiam, Hiſpaniam, quoad veſtes, videt immigrâſſe? vanos prorſus ne dicam ſtolidos populares ſuos ſi pronuntiet, nimis certè leui eos cenſurâ ferire iudicandus eſt, vtpote qui tãto interuallo ab antiqua maiorum diſciplina deflexerint.

Conſtantienſis quidam ciuis pecorum

corum mercatum exercens, ita rerũ ſuarum incurius erat, vt breui tempore ad incitas redigeretur; ſępius illi per Heluetiam iter erat, vnde Nicolaj celebris fama eum latere non potuit. Cùm igitur ſua in fundo videret, dicebat quibuſdam, multa ſe de fratre Nicolao inaudîſſe, proinde iturum ſe, atq; experientiâ probaturum, quid tandem vir ille poſſit. Pergit, à cingulo ingentem crumenam non ære vel argento, ſed fæno turgẽtem, reſtes item ſuſpendit, quaſi totos pecorum greges atq; armenta coëmpturus, atq; ita Sancti viri conſpectui ſe ſiſtit. Ad quem Nicolaus, ſimulas, inquit, diuitias miſer, tuamque paupertatẽ diſſimulas; turget crumena, ſed ne teruncium quidem condit. His dictis rubore perfuſus inanis mercator, pedem, vnde venerat, retulit.

CAPVT XIV.

Abſentium & futurorum prognoſtes eſt Nicolaus.

NON tantùm corda hominum diuinitùs adiutus Nicolaus inſpicere potuit, ſed etiam lõgè diſſita, ac multo pòſt tempore ſecutura proſpicere. Heluetiorũ genti ſuæ multa veridicus vates prænunciauit, quæ poſteriora primùm ſæcula non ſine luctu & dolore aſpexerunt. Circa annum eius æui ſextum ſupra ſeptuageſimum Heluetiæ Cantones celebribus victorijs de Carolo Burgundionum Duce, qui eorum fines populabundus inuaſerat, oppidiſue nonnullis vi captis, propugnatores eorum ſuſpendio multauerat, triumphârũt, atq; opimâ manubiorum prædâ ditiores domum redierunt. Fuit tamẽ ea res ipſis fæderatis ſeges litium ac diſcor-

diſcordiarum; de ſpoliorum partitione diſſenſio inciderat, & quidē cùm in octo partes diſpertienda eſſent, Tigurini, Bernates, ac Lucernenſes maiores portiones poſtulabant, eò quod in eas expeditiones maiores etiam cæteris impenſas feciſſent; cæteræ verò quinq; Reſp. quod æque ſe ſtrenuè rem geſſiſſe, periculiſue capita obieciſſe dicerent, tribus illis Ciuitatibus inferiores eſſe nolebant, ſibiq; de prædâ nihil ſubtrahi patiebantur. Accedebant & Noithonum Legati, Friburgenſis ſcilicet, ac Solodorenſis Reip. qui confæderatorum animos ſolicitabant, vt in eiuſdem fœderis ſocietatem admitti cum cæteris Cantonibus poſſent. Diſſentiebant etiam hîc ſtudia ac vota; trium Ciuitatum ſentētia erat, nō reſpuere tales ſocios, qui ſe vltro offerrent; renuebant reliqui præfractis animis fæ-

etiã, ac Solodorenſium Legatos per internuncios hortabatur, iiſdem Comitijs ſeſe ſiſtere, ac Ciuitatũ ſuarum cauſam denuò vrgere. Incredibile dictu eſt quanto ſtudio tota Heluetiorum natio viri tam magni conſiliũ arripuerit, proſperũ jam inde omnes Comitiorum exitum augurabantur, quod tanti virj auſpicijs conuocarẽtur. Ea paſſim popularium vna vox erat, Fratris Nicolaj meritis ac feruẽtibus apud Deum obſecrationibus omnem patriæ incolumitatẽ deberi, in prælijs illis Granſonenſi, Murtenſi, ac Nanſeenſi, non ſuas vires, ſed Nicolaj preces viciſſe; abſentem ipſum in militum manibus pugnâſſe, actum ſe acturos fuiſſe cõtra tantum hoſtẽ, niſi diuinum ipſis Numen Nicolaus propitium feciſſet. Ita ſanè diſertis verbis Henricus Gundelfingius, hæc deſcribit. *Ea nobis*, inquit, *certè ſen-*

tentia eſt, vt indubitatò credamus, Maximum, Optimum, Omnipotentemq́ Deum ſuos mites atque benignos oculos conuertiſſe iam tandem ad robuſtiſſimos de magnâ Ligâ fœderatos, vell q́ hoc religioſo Beatoq́ Eremita Nicolao intercedente à quamplurimis eos moleſtijs, perturbationibus, morbisq́ ſanare, in eaq́ Ligâ conſeruare, ac ſaluos facere. Quem ſanè interceſſorem in Burgundionum circa Granſon & Murthen, alijsq́ bellis, fœderati noſtri habere alium potuiſſent, hoc vno Nicolao grauiorem, deuotiorem, religioſioremq́ & in omni abſolutæ religionis genere præſtantiorem? Actum fuiſſet profectò de fœderatis noſtris, niſi Nicolai aliorumq́ deuotorum orationes apud Deum illuxiſſent, cuius feliciſſimo ductu, firmiſſimaq́ religione perpetua quædam ſalus cunctis Fœderatis noſtris orta cenſetur. Hæc ille.

Anno igitur eius ſæculi octogeſimo

mo primo,indicto communibus ſuffragijs,quo Nicolaus loco ac tempore ſuaſerat, conuentu, cùm frequentes conſediſſent,antequam quidquã tractãdum proponeretur, ipſe Nicolaus damnatâ pro tempore quiete, ac tugurio ſuo, quatuor horarũ iter emenſus,Stantium contendit,ac curiam ingreſſus,præſentiâ ſuâ coronã illam illuſtrem mirifice exhilarauit. Cupidiſſime aſpiciebant virum famâ ac ſanctitatis nomine toto orbe celebrem,elucebat ex totius oris corporiſúe habitu eximius quidã ſplendor, qui omnium oculos perſtringebat, nec jam quidquam aliud, niſi vt Comitijs ipſe præluderet,taciturni omnes oculis in eũ defixis deſiderabant. Tum verò Nicolaus modeſto ac graui vultu pauca præfari, propoſitique ſui rationem exponere, cur deſertum eo tempore deſeruiſſet, cur Comitiorum

orum author fuiſſet, cur in tanto cõſeſſu dictu' ipſe acceſſiſſet; de patriæ nimirum ſalute agi, deq; popularium incolumitate, quorũ vita ac fortunæ animorum diſſenſione in diſcrimen vocaretur; decuiſſe vtiq; priuato publicum bonum anteponere, ſuaſurũ ſe, nõ quæ ſuopte ingenio aut humanâ prudentiâ, qua ipſe minime polleret, ſed quæ cœlitùs Deo ſuggerente didiciſſet; diſcordiam Rerumpublic. pernitiem eſſe; fœdus eorũ cõcordiâ coaluiſſe, eiuſdẽ vinculo rupto, nihil firmum, nihil ſtabile ſupereſſe; diuinum ipſis hactenus fauorẽ aſpirâſſe, non quod viribus, ſed quod animis coniunctis militâſſent; pro patria vtique illos, non pro præda vitam expoſuiſſe; turpe id ſane videri, quod nunc patriam perditum ire velint, ob leuis lucri cupiditatẽ, pro qua tanta prius alacritate proprium ſanguinẽ pro-

profudiſſent. Hæc aliaq; id genus de tanta re momenta grauia tanto ardore, tantaq; oris libertate in mediũ vir Dei producebat, vt animis auditorum altius infixa hærerent, ipſique de pacis vnioniſque redintegrandæ conditionibus mox ſeriò circumſpicere, omneſq; ſimultates ponere nõ dubitarent, idque, vt Ioſias Simlerus quamuis à fide Catholica alienus hiſtoricus refert, *Solius Fratris Nicolai pij illius in Siluania Anachoretæ interuentu, qui tam tum à tota Heluetia, imò ab omnibus paſſim veluti Sanctus habebatur.* De Friburgenſium verò ac Solodorenſium Rebuſpub. in fœderis ſocietatem admittendis, certò ſibi conſtare dixit, id ex Dei mente ac voluntate eſſe: *Ego*, inquit, *vos fœderati mei, nõ hortor ſolùm, ac moneo, ſed etiã oro atq; obteſtor, vt eas Ciuitates veſtro fœderi adiungatis, erit enim, erit profectò*

ſtò tempus, cùm vos earum ope atq; præſidio oppidò indigebitis; habuiſtis hactenus Cantones octo poſthac decem numerabitis. Nec quæſo plures admittatis, hiſce contenti eſtote. Obtinuêre igitur Ciuitates illæ à reliquis Cantonibus nonum decimumq́; locum, cùm antehac per ipſos centũ viginti quinq; annos nõ niſi octo, vt dixi, Heluetico fœdere comprehenderentur. Retulêre non ita multis abhinc annis viri Friburgi Nuithonum Conſulares Henricus Lamberger, & Petrus Falck, quorum hic etiamnum grandæuus viuit, in Comitijs Lucernenſibus, quibus Legati ab eâ vrbe interfuere, legiſſe ſe in Faſtis eiuſcé vrbis, miſſos olim eſſe ab ea ciuitate in gratiarum actionem ad Nicolaum quinquaginta nummos aureos, quod eius tranſactionis ipſe vnus ac præcipuus auctor actorq́; fuiſſet, quos tamen ille

magno

magno animo remiſſos reſpuiſſet, quod diceret, ſe nec petere quidquã, neq; eâ pecuniâ vllo pacto opus habere. Et experiuntur nunc ſane ij, quibus hoc tempore per Heluetiam auitæ religionis ſtudiũ animo ſedet, vatidici ſui Eremitæ veras fuiſſe prædictiones, ipſaq; adeò Ciuitates illæ peculiari huic Patrono ſuo etiam hodie pro eo vaticinio gratias referunt, quo eas in fide veteri manſuras, cæteriſque Cantonibus opitulaturas prædixit.

Sedentibus etiam in eodem conuentu patriæ Primatibus prophetico ſane ſpiritu futuras religionis causâ turbas vaticinatus eſt: *Religio*, inquit, *O Patres patriæ, ſciſſuras patietur non multo poſt obitum meum, vnde damna toti Reip. ingentia emergent. Cauete igitur, filij, cauete ſedulò, ne nouitatibus eiuſcemodi ac verſutis fallatijs decipiamini.*

mini. Manete coniunctis animis in verâ fide veſtrâ, nolite inſtar arundineti quouis flatu circumagi; inſiſtite recto calli, à maiorum veſtrorum veſtigijs pedem ne latum quidem vnguem mouete; quam fidem cum lacte materno hauſiſtis, eam ratam ſanctamq́ habetote; perſtate in fidei concordia; Seductores fugite atq́ à vobis arcete, ſic enim imminentium tempeſtatum procellæ vos non turbabunt. O Deus immortalis, ſubdit his omnibus magnus noſter Caniſius, quam vtile quamq́ neceſſarium eſſet, ſi fœderati noſtri prophetias has Fratris Nicolai, paternasq́ admonitiones æquis auribus animisq́ excipere, eiusq́ cautis conſilijs acquieſcere, ac parere vellent; quam facilè non temporaria tantum, ſed etiam æterna animarum detrimenta ex mutata religione oriunda caueri ac mouerią́ poſſent? cæcus profectò eſt, ipſaqué talpâ exoculatior, qui ex præſenti

patria

patriæ ſtatu non aduertit Nicolai vaticinia euentu iam pridem comprobata eſſe. Hæc ille.

Talia igitur Vates noſter non tantùm in Stantianis illis Comitijs vaticinia edidit, ſed etiã in eremo, cùm patriæ Magnates ad eum viſendum ſæpe venirent, eadem ipſis, aliaque plura repetijt atq; iterum iterumq; inculcauit. Illud interim etiam hiſce futurarum hæreſum vaticinijs addere ſolitus dicitur, ſperare ſe de DEI bonitate, ſectas illas ſupra centum annos non multùm duraturas. Quin etiam anno Comitia hæc ſequente literis ſuis ad Bernenſes datis de ijſdẽ periculis eos iteratò commonefecit: quas ego pro rudi ſimplicique, quo datæ ſunt, ſtylo latinè redditas ſic ad verbum interpretatus ſum.

Vene-

Venerandis, pijs, ac conſultiſſimis Prætoribus, Senatuiq́ Ciuitatis Bernenſis.

Venerandi &c. Nomen IESV *ſit ſalutatio veſtra, precorq́ vobis omnia fauſta atq́ felicia, & Spiritus Sāctus ſit vltima mea merces. Principiò gratias ago vobis magnas pro dono veſtro, ex quo paternū in me veſtrū amorē cognoſco, qui mihi ipſo munere gratior eſt, cum quo me optimè contentū eſſe veſlim vobis perſuadeatis; imò ſi dimidiato minus eſſet, abunde tamen mihi ſatisfeciſſet. Illud igitur vt caritati veſtræ apud* DEVM *hominesq́ compenſare poſſim, promptiſſimè elaborabo. Nuncius, cui donum tradidiſtis, in manus meas illud fideliter reſignauit, quem vobis, vt ex amore mei commendatum habeatis, etiam atq́ etiam rogo. Scribo itaq́ vobis ex obedientia, qua maxima vir-*

tus

tus eſt in cælo & in terra, ideoq́ curandum vobis eſt; vt mutuum inter vos vigeat obſequium, idq́ cariſsimum vobis eſſe noueritis, à quo res omnes feliciſſimum ducunt exordium. Semper in Deo pax eſt, imò Deus ipſe pax eſt, nec vnquã conturbari poteſt. Diſcordia autem conturbatur. Laborandum ergo vobis, vt pacem ſectemini; viduas orphanóſque tueamini, quemadmodum hucuſq́ feciſtis. Quod ſi cuiuſpiam fortuna ſuper terrã in melius augeſcit ſit gratus Deo, vt ea etiam in cælis creſcat. Sceleribus publicis reſiſtite, iuſtitiam ſemper adminiſtrate. Chriſti tormenta pectoribus veſtris fixa retincte, quæ in extremis ſummo ſolatio eſſe ſolent. Multi circa fidem vehementer dubitãt; & circa eandem plurimos tentat diabolus, nos autẽ in fide ne dubij ſimus, ita enim ea ſe habet, vti hactenus inſtituta eſt. Hac autẽ non ideò ſcribo vobis, quod de vera veſtra

ſtra

ſtra ſide dubitem, vos enim bonos Chriſtianos eſſe non ambigo. Scribo autem vobis pro cautelâ, vt ſi fortè malus genius in hac parte quenquam tentare velit, eo fortius conſtantiusq; reſiſtat. Hæc hactenus; Deus Opt. Max ſit vobiſcum. Datæ feſto die ſanctæ Barbaræ, Anno octogeſimo ſecundo. Has eaſdem etiam proprio meo ſigillo muniri feci.

Ego Frater Nicolaus de Rupe.

Hæc Nicolaus ad Bernenſes; Qui in Comitijs Confœderatorum generalibus non ita pridem, cùm de his literis mentio incideret, ingenuè faſſi ſunt: Earũ autographum etiamnúm apud ſe in Curia, atque ingentis theſauri inſtar in pretio eſſe; cumq; illud catholici Cantones enixè donari ſibi peterent, negarunt id quidem, exempli tamen eiuſdem ſe copiam facturos ſpoponderunt, eo loco apud ſe

Fratrem

Fratrem Nicolaum eſſe dictitantes, vt inter Sanctos viros eum adnumerare minimè dubitent.

Acceſſerat aliquando ad virum Sanctum inſigni pietate neſcio quis homo, quocum de rebus diuinis multus ei diutinuſq; ſermo fuit, ita vt admirabundus deniq; in hæc verba prorumperet; ô quam, inquit, mi pater felix ac perbeatus es tu? Cui mox vir Dei, Noli, inquit, mi fili, me beatũ prædicare, ſoli enim DEO pijſſimus quiſq; notus eſt, atq; impijſſimus; ſed progreſſu temporis religio quædam ac fides noua orietur, cui, qui ſe murum ac veluti rupem oppoſuerit, næ ille tandem beatus dici poterit.

Honeſtus quidam ciuis Kernenſis Siluanus, cùm filiolum ſuum decennem ad viri Dei tugurium ſecum deduxiſſet, & colloquium cum viro Dei in horas aliquot iam protraxiſſet,

puerulus deniq; ad parentem accedere, domuitionem vrgere, lapſi tẽporis admonere cœpit. Tum verò Nicolaus, poſitâ ſuper caput pueri dexterâ, blandis verbis, pietatem, inquit, mi puſio, ac cumprimis erga parentes obſeruantiam diligenter cole, Deus enim ætatem tuam longęuo in terris ſenio cõdecorabit. Nec aliter quàm prædixerat diuinus vates poſteà euenit, nam puer ille nonagenario maior vitâ deniq; exceſſit.

Honeſta quædam matrona nurũ ſuam ad eundem deduxerat, quæ nouam veſtem ex peregrino quodam panno confectam induta, cùm magnificè ac veluti jactabundè ſe illi oſtentaret, vir Dei ad illam ſeriò conuerſus: Si, inquit, hac veſte ad ſuperbiam vteris, licet in cœlo iam conſtituta eſſes, inde tamen te, vnà cũ hiſce induuijs deturbandam certò nôris.

Quod

Quod ſi etiam liberos tuos, qui ex vtero tuo egredientur, pretioſè veſtiendo ſuperbieris, faciem certè Dei nunquam videbis. Et quidem benignus Deus multâ te prole donabit, multam tamen ab eadem tu patiêre moleſtiam, quod tum tandem experiêre, cùm titionem foco ſubtractũ in rixantium liberorum globum abiectura vaticinij mei memor eris. Reſpondit vaticinio euentus, vndecim enim liberorum facta mater, cùm poſt multos annos ad focum ſedens minimã natu prolem gremio foueret, cæteræq; petulantiùs cõcertãtes moleſtas matri turbas cierent, arrepto titione pacem factura, tũ deniq; viri Dei præſagium in mentem reuocauit.

Atrox per idem tempus peſtilentiç lues inter Siluanos exorta latè jam vulgari ac graſſari cæperat, ita vt vir

quidam conſularis de duobus filijs, quos efflictim deperibat, periculo eximendis vehemẽter laboraret. Morti igitur mortales ſubtracturus, aliò illos, vbi aërem purgatiorem eſſe intellexerat, amandat, donec domi cõtagio deſæuiſſet. Cumque id factum deinde Nicolao narrâſſet, ipſe ſeuero vultu eum intuitus, vide, inquit, ne filios tuos cœlo ſubductos in infernũ fortè ablegaueris. Horrendum dictu; nõ longo temporis interuallo vterq; repentinâ ac præproperâ nece extinctus eſt, ac prior quidem in foro Sarnenſi popularis ſui ſicâ confoſſus interijt; poſterior verò equi ferocis tergo excuſſus, fractis ad arboris ramũ ceruicibus, vel, vt alij referunt, lapſi curruûs fæno onuſti pondere oppreſſus, animam exhalauit.

Rebus diuinis abſentem Nicolaũ in templis longè diſſitis adfuiſſe, id quod

quod nunc narro, teſtatum facit. Ad D. Nicolai procul ab eius cellulâ germanus eius Petrus vnà cum alio honeſto viro, officio diuino cùm aſſiſterent, vidit ſubito Petrus è templi pauimento arborem proceram pulcherrimè efflorescere, ſeſeq; per omnes ædis angulos diffuſis ramis exporrigere, mox verò flores ex arbore deciduos, in hominum capita defluere, atq; in diuerſorum quidem capitibus partim eueſtigio exareſcere, partim verò vigoris ſui priſtini retinētiſſimos eſſe. Eâdem viſione Deus etiam abſentem (alij præſentem fuiſſe referunt) impertiuit Nicolaum, cùm enim viri illi peractis ſacris in reditu ex itinere ad eum diuertiſſent, rogatus ab eo Petrus, quid illo manè in æde D. Nicolai ſacrificij tempore vidiſſet, ſpectaculum totum ex ordine percenſuit. Tum enimuerò eiuſ-

dem ſe ſpectatorem fuiſſe protinus Nicolaus prodidit; arbor, inquit, quã vidiſti, Petre, diuinæ in homines liberalitatis ob incruenti illius Sacrificij oblationem circumquaq; ſeſe diffũdentis erat ſymbolum; flores illi Dei dona ac fauores deſignabant, qui in capita mortalium decidentes, quo animo quiſq; rei diuinæ aſſiſteret, ſignificabant, aridi quidem, aridos frigidoſq;, ac nulla ſcelerum pænitudine ductos; cæteri verò, quibus ſuus manſit vigor, pietate ac piaculari nęuorum ſuorum dolore feruentes homines, qui proinde, contra quàm cæteri, à Deo quondam ingenti etiã in cœlis gloriâ erunt præmiandi.

Sæpius etiam prædixiſſe fertur Nicolaus, exteris peregriniſue negotijs Heluetios ſeſe olim nimium oneraturos, atq; eo quidem tempore frugũ terræ inopiâ tanto grauius eos laboratu-

ratu-

raturos, quanto ſeſe impenſius exter-nis turbis immiſcerent. Plura talia referre noſtri inſtituti non eſt, tum quia priuata ſunt, tum etiã, quia hoc caput in immenſum excreſceret.

CAPVT XV.

Miracula Nicolai ante mortem.

CVM etiam & adhuc inter viuos degeret Nicolaus, voluit ipſius amantiſſimus Deus ſanctitatis eius teſtimonia miraculis edere, quorum nonnulla huc referre operæ pretium eſſe duxi. Filium habebat vir Dei ſibi cognominem, quem ſupra natu minimum eſſe diximus; hunc altiori ab ſe vitæ generi deſtinatum, liberalioribus diſciplinis imbui voluit. Vnde ad Baſileenſem Vniuerſitatem eiuſdem æui anno quinquageſimo nono à Pio II. Pont. Max. ſtabilitam ac priuilegijs ornatam amiſſum, Friderico

Guarleto Eiſtettenſi I.V.D. viro pietate juxta ac diuitijs claro, Baſileæ tũ commoranti, commendauit: Is, vt erat Anachoretæ noſtri perſtudioſus, quippe quem in eremo pietate duct⁹ inuiſerat, magnamque de eius innocentiâ ac vitæ ſanctiate exiſtimationẽ conceperat, commiſſum ſibi Nicolaj pignus in ædes ipſe ſuas beneuolè ac liberaliter ſuſcepit ſuis alendum impenſis, enimuerò magni beneficij loco cenſebat ſuæ menſæ alumnum habere eum, cuius parens ſolius Dei alumnus, nõ niſi cœleſtibus ferculis veſceretur. Quamobrem Nicolaus ille Nicolai tanti Mæcenatis profuſa liberalitate ſolerter vſus ad politioris literaturæ ſtudia tantâ ſedulitate incubuit, vt breui, humanioribus ſuperatis, ad altiora ſeſe aptũ promptumué demonſtraret. Lutetiam deinde Pariſiorum ab eodem Mæcenate ſuo aman-

amandatus, adeo ſeuerè illic ad ſeueriores etiam diſciplinas animum applicuit, vt tandem in ſolemni illius celeberrimę Vniuerſitatis theatro ſupremâ Philoſophiæ laureâ donatus fuerit. Eo fortè tempore juuenis quidam natione itidem Germanus in eâdẽ Vniuerſitate literis operã dederat, ac deniq; in patriam rediturus, à cõtubernali ſuo Nicolao binas acceperat, optimo eius Parenti, quem ex itinere conuenire decrêrat, deferẽdas. Accidit autẽ neſcio quo caſu vt earũ alteras ad ipſos Burgundionum fines imprudens amitteret, ideoque conſternatus viro Dei præſentẽ ſe ſiſtere formidaret, atque eius offenſionem aliquam vereretur. Recepto tamen ſubinde animo iter proſecutus, cùm jam nõ procul Sacello Nicolai abeſſet, eundẽ ipſum ſibi obuiã prodeuntem conſpexit. Mirum dictu, oſtẽ-

tabat vir Dei elatâ manu literas procul perditas, ac jam prorſus tabellioni deſperatas, vultuq; ſereno ac hilari ſtupore defixum rogabat juuenem, num quas alias itẽ à filio ſuo Lutetiâ perferret. Recreatus hoc prodigio ſolicitus hoſpes, virum Dei magis ſuſpicere ac venerari cæpit, ad quem haud dubiè cœleſtibus internuncijs literæ illæ amiſſæ perueniſſent.

Interlacenſi è Bernenſium ditione viro conſulari pes ita graui tumore intumuerat, vt grauiſſimis doloribus jactatus, nullam quietis parte capere poſſet. Et iã defecerant humana præſidia, vnde conuerſus ad diuina vir religioſus Deiparæ Virgini, quæ tum in Sacello Nicolai multis propitia erat, è cerâ pedem deuouit, Nicolaj precibus ſe vnice cõmendauit, itaq; breui ſanitatem priſtinam recepit. Receptis tamen viribus, vt eſt mortalium

talium ingratitudo beneficiorum plerumq; immemor, oblitus voti ſe reum, anathema deferre, quò debuerat, neglexit; vnde vindex Dei manus veteri eum plagâ ad votum exſoluēdum coëgit. Mox igitur vbi neglectæ religionis vltionem ſentire cæpit, quantâ æger potuit ad Sacellum viri Dei celeritate iter maturauit, ac ſuſpenſo anathemate Nicolai pia apud Deum ſupplicia pro pedis incolumitate popoſcit. Dictum, factum, fuſus in preces vir Dei eueſtigio pedē ægro ex integro reſtituit, inſpectante Sacellano ſuo, alioq; honeſto viro Bernate, qui cum Conſule ſe eò contulerat. Prodigio fidem facit res in publicas tabulas continuò relata, atq; his teſtibus oculatis abunde teſtata.

Præcipuus ſupra Siluam pagus, Sarnen dictus, ad extremum aliquādo diſcrimen delatus pij popularis

ſui etiam abſentis opem præſentem expertus eſt. Incẽdio is graui flagrare neſcio quo caſu, cæperat, itaq; jam flammæ in multas ædes graſſabãtur, vt nulla eas vis aquæ, quantumuis profuſiſſimè incendio ingeſta, obrueret, paſſimq; de eo ſopiendo, pagoúe conſeruando deſperaretur. Tum verò in tantâ rrepidatione nonnullis ciuibus in mentem venit, per certum internuncium tantam neceſſitatem Fratri Nicolao ſuggerere, eiuſq; opẽ rei deploratæ implorare. Mittitur nũcius, denunciat, quod iuſſus erat; nec mora, vir Sanctus relicto domicilio ſuo vnâ cum nuncio ad locum editiorem, vnde ad incendiũ proſpectus erat, properat, manuq; ſublatâ crucis ſignum contra ignem per aërẽ ducit. Quo facto flammarum globi confeſtim minui, in ſe redire, ac nõ multo poſt prorſus deſinere cæperunt.

Plura alia quæ viro Dei ante obitũ miraculosè euenerunt, prudens prætereo, ne nimis longus ſim. Vnum coronidis loco adiungo, vnde quo nutrimento crebrius Nicolaus refici ſoleret, abunde teſtatum fiet. Multi aliquando ad eum conſilij causâ cõfluxerant, quibuſcùm ſermonem habuit vir Dei foris ante templi ſui fores. Mox verò interrupto colloquio, petitaq; veniâ, cùm ſe propediem rediturum ſpopondiſſet, veluti rẽ grauem confecturus, intro in cubiculũ ſe ſuum recepit. Redijt non multo pòſt tempore vir pius, ſecumque ex ſuo tugurio tantam odoris ſuauiſſimi fragrantiam ad aſtantium nares detulit, vt nemo eſſet, qui non judicaret, cœleſti interim nectare, diuinâque ambroſiâ refectum Nicolaum, eam fragrantiam ore exhalare.

CAPVT XVI.

Nicolai mors ac ſepultura.

ANNVS jam voluebatur Nicolao ætatis ſeptuageſimus, qui ei poſtremus, cœleſti, vt ſupra meminimus, vaticinio futurus erat. Menſe igitur Martio eius anni in grauem ac fatalem incidit morbũ, qui cum toto corpore male peſſime acceptum penitus tandem proſtrauit. Peruaſit vis morbi ipſas omnium membrorum fibras, oſſa ac medullas, ita vt acerbiſſimis doloribus exagitatus huc illucque lamentabiliter volueretur. Erat tamen doloris patientiſſimus, quãuis ipſos octo dies ſine vllâ quiete ac remiſſione cum grauiſſimis illis cruciatibus conflictaretur. Octiduanis igitur hiſcé tormentis exantlatis, toto pectore ad ſupernam illam feliceraq; Patriam anhelare, inſtanterq; diuinũ epulũ

epulum, quo ad iter illud veluti viatico Chriſtiani homines munire ſe ſolent, expetere cæpit. Eo allato cùm ſuauiſſime etiam plus quàm ſolebat, magnaq; animi demiſſione ac reuerentiâ prefruitus eſſet, mox compoſito ſuper conſuetum aſſerē corpore ac protenſis pedibus, inter profuſas Dei laudes & gratiarum actiones placidiſſime in Domino quieſcens, animam Conditori ſuo reddidit. Id factum anno æui eius octogeſimo ſeptimo, duodecimo Calend. Apr. qui dies D. Benedicto quotannis ſacer ac feſtus eſt, quo eodem in hanc lucē ante annos ſeptuaginta editum ſupra commemorauimus. Fertur in extremis, antequā animam exhalaret, circumſtantibus hiſce paucis quidē, ſed pietate ac religione plenis verbis extremùm vale dixiſſe: *Quamuis inquit,* Fratres mei, *dolores, qui animam è cor-*

è corpore eijciunt, graues ſint, grauius tamen, terribiliusq́ eſt, mihi credite, incidere in manus Dei viuentis. Studete igitur, ita vitam veſtram ac mores componere, vt hilari lætoq́, non pauido ac trementi vultu Iudicem veſtrũ intueri poßitis. Placet ſubijcere de hac morte verba Henrici Gundelfingij: *Mortuus ſanè eſt,* inquit, *Nicolaus noſter, cùm haudquaquam corpore immortalis fuerit. Neq́ tamen mortem eius pro morte ducamus, eum namq́ mortuum præmiſimus, exiſtimantes illum præcedere, nobisq́ apud Deum ſuffragio eſſe, non emori. Et quamuis eum mortem obijſſe nobis nunciatum ſit, gaudio tamen ſummo & lætitiâ affici debemus; neq́ eum mortuum appellare audemus, ſed viuendi in terris finem feciſſe dicimus. Optemus omnes & ſinguli nos talem vitæ habere finem, eoq́ modo huiuſce ſæculi ærumnis excedere, Chriſtumq́ intueri.* Hæc ille:

Petrus

Petrus verò Caniſius de eius morte ſic loquitur: *Eſt quod gaudeamus nos Catholici, & de tanto nobis Heluetio gratulemur, ipſius fide religionem noſtram firmemus, cius etiam hodie interceßione nos ſolemur, eiusq́ glorioſam memoriam in benedictione celebremus, ac præcipuè die feſto S. Benedicti viceſsimo primo Martij Deum in ipſo laudemus & honoremus; hoc enim ipſo die vir pius, per quem Deus miracula multa operatur ex hac lachrymarum valle piè religioſeq́ deceßit, tantaq́ ſuæ ſanctitatis ſigna hîc in terra reliquit, vt procul dubio iam in Eccleſia triumphante pro nobis ipſe Deo ſupplex fiat, noſtrisq́ precibus in hoc mundo nullo modo indigeat.* Ita Caniſius. Cæterorum de hoc viro teſtimonia paulò pòſt pluribus referemus.

Vulgatâ viri Dei morte, dici non poteſt, quantus luctus popularium ani-

animos occupârit, nullus niſi de eo ſermo erat, communem patriæ parẽtem ſibi ereptum omnes quiritabantur, flebãt orbitatem ſuam, eius vitã, mores, miracula, vaticinia, conſilia prædicabant. Poſtera dies funeri eius dicta omnem circa Siluaniã exciuit, ita vt totâ illâ regione Sacerdotum nemo eo die domi Sacris operaretur. Celebrata ſunt funebria conſuetâ ſolenni pompâ in Saxellenſi D. Theoduli æde, vbi vir Dei tumulari ante obitum petierat; humatus eſt ante D. Virginis aram, tectuſque lapide viri Dei imaginem affabrè inciſam præferente. Eodem etiam die, quo iuſta ipſi perſoluta ſunt magnus ægrorum confluxus ad eius exequias ſanctitatem eius mirificè illuſtrauit, multi enim à varijs liberati morbis ſubitò integræ reſtituti ſunt ſanitati; duo certè viri primarij ex Lungerenſi pago,

go, quorum alter etiam ſupremum illic magiſtratum gerebat, febrili ardore diu multumq; vexati, ab ijſdem exequijs prorſus incolumes domum rediere. De alijs eius prodigijs poſt mortem ad eius tumulum diuinitus oſtenſis, dicemus parte ſequenti. Nunc aliquid de viri Dei ſocio Vdalrico ſubijciamus.

CAPVT XVII.

Socius Nicolai in eremo fuit Vdalricus nobilis Bauarus.

HViuſce viri vitam ac res geſtas compendioſâ enumeratione complexus eſt Matthæus Raderus Societatis noſtræ Scriptor, in ſanctâ ſuâ, quam typis edidit, Bauariâ, cuius proinde verba huic narrationi inſerere placuit principiò, ac deinde quæ ipſe præterijt ſubnectere: Sic igitur ait.

BEATVS VDALRICVS Nobilis Boius Anachoreta, Nicolai Subſiluani Socius.

FAmes auri, & ſitis opum cogit genus humanum ire in viſcera terræ, & rimari venas argenti, fulgentesq́ metalli globos quantouis cum periculo perſcrutari. Imus & nos in rupes & hiatus montium, non vt theſauros inde euocemus, ſed auri contemptores in lucem proferamus. Notus eſt in orbe Chriſtiano impranſus ille & incænatus Heluetiæ gentis miraculum & oraculũ Nicolaus Subſiluanus, qui ipſos prope viginti annos in ſeceſſu montis ritu cælitum non eſuriit, nec quidquam cibi è terrâ nati laticisq́ guſtauit, ſatur ambroſiâ panis, qui de cœlo deſcendit & nectare cæleſtium contemplationum inundatus. Huius tanti viri famâ afflatus lætiq́ ſideris

fulg

fulgore circumfulſus Vdalricus, maiorũ in Boica terra imaginibus clarus, & nobili Boiorum familia natus (ſunt, qui Monacenſem fuiſſe putent) ad Nicolaum viſendum colloquendumq́; venit, inuenitq́; ſanctitatem famæ celebrati reſpondentem, aut etiam ſuperantem, captusq́; & inflammatus (uti Sanctorum voces calent, incenduntq́;) oratione & conſuetudine Nicolai, infimis precibus obnixiſsimè ab eo contendit, ne ſe ab vitæ ſocietate, ſeiunctum vellet; deliberatum ſibi ipſo illo puncto temporis rebus humanis nuncium remittere, & in ipſius contubernio & magiſterio perſeuerare, neq; domum vnquam reuiſere. Ceſsit tandem quantumuis ægrè exoratus Nicolaus, quod ipſe mallet ſibi vitæ ſanctioris Magiſtrũ quærere, quàm alijs viuendi præcepta tradere. Iam ſibi perbeatus videbatur Vdalricus, quod in diſciplinã Nicolai eſſet receptus, æmulusq́; morum

BEATVS VDALRICVS Nobilis Boius Anachoreta, Nicolai Subſiluani Socius.

FAmes auri, & ſitis opum cogit genus humanum ire in viſcera terræ, & rimari venas argenti, fulgentesq́ metalli globos quantouis cum periculo perſcrutari. Imus & nos in rupes & hiatus montium, non vt theſauros inde euocemus, ſed auri contemptores in lucem proferamus. Notus eſt in orbe Chriſtiano impranſus ille & incænatus Heluetiæ gentis miraculum & oraculũ Nicolaus Subſiluanus, qui ipſos prope viginti annos in ſeceſſu montis ritu cælitum non eſuriit, nec quidquam cibi è terrâ nati laticisq́ guſtauit, ſatur ambroſiâ panis, qui de cælo deſcendit & nectare cæleſtium contemplationum inundatus. Huius tanti viri famâ afflatus latiq́ ſideris

ful-

ſulgore circumfulſus Vdalricus, maiorũ in Boica terra imaginibus clarus,& nobili Boiorum familia natus (ſunt, qui Monacenſem fuiſſe putent) ad Nicolaum viſendum colloquendumq́ venit, inuenitq́ ſanctitatem famæ celebrati reſpondentem, aut etiam ſuperantem, captusq́ & inflammatus (uti Sanctorum voces calent, incenduntq́) oratione & conſuetudine Nicolai, infimis precibus obnixiſsimè ab eo contendit, ne ſe ab vitæ ſocietate, ſeiunctum vellet; deliberatum ſibi ipſo illo puncto temporis rebus humanis nuncium remittere, & in ipſius contubernio & magiſterio perſeuerare, neq́ domum vnquam reuiſere. Ceſsit tandem quantumuis ægrè exoratus Nicolaus, quod ipſe mallet ſibi vitæ ſanctioris Magiſtrũ quærere, quàm alijs viuendi præcepta tradere. Iam ſibi perbeatus videbatur Vdalricus, quod in diſciplinã Nicolai eſſet receptus, æmulusq́

morum

morum & vitæ, altius ordiri cæpit, quã finire, neq; vna omnium eſt dignatio Numinis aut via, qua mortales ad ſanctimoniam deducit: Hunc per modeſtiã, & ſilentium vult incedere, illum per aperta & ingentia prodigia & oſtenta, alium continentiâ, ſapientiâ aliũ, alios alijs donis cœleſtibus illuſtrat, prout ipſius prouidentiæ viſum, quæ exploratiſſimè nouit, quid ad cuiusq; ſalutem expediat. Vdalricus ergo primùm ad Doctoris ſui exemplum omnia ſtomachi fomẽta remouit, nihil obſonij, nihil etiã panis ad menſam adhibuit, dies q; tredecim totos omnino ieiunus & ſine labore, fameq; , ſanctiſſimis cogitationibus initiatus, in mapali, quod Nicolaus, primùm ipſe, deinde æditũus coluerat, tranſegit. Tum deinde Nicolaus cœleſti conſilio doctus dimidiatum illi panem Melchæ riuo tingendum edendumq; ſubmittit, quem Vdalricus quamuis auerſante iã ſtomacho

(adeò

(adeò citò ſe ad famem tolerandam cõpoſuerat) tamen ieiunium obſequio poſthabendum ratus Nicolai mandata exhauſit, indeq́; poſtero die alterum dimidiatum ſumpſit. Tum demum ſentire tãtam cœpit inediæ moleſtiam, vti nullis placare ventrem epulis ſibi poſſe videretur. Iam hoc futurum præceperat animo Nicolaus, ſuisq́; domeſticis in mandatis dedit vti copioſam Vdalrico cœnam inſtruerent, quo tredecimdialem famem expleret. Miratus tamen Vdalricus exemptã iam fame, quid ita nõ paſſus eſſet ſe captum ab abſtinendo cibo inſtitutum proſequi, cùm totis illis diebus nullum ab inedia incommodum accepiſſet. Sufficiebat, inquit Nicolaus, hoc tibi, itaq́; Dei nutus præſcribebat, quẽ exquirere porro deſine. Id in quem finem (inquit auctor vitæ) mi lector conſidera, nempè vt miraculoſo dierum tredecim ieiunio Angelica ſemideuiginti annorum ſobrie-

etas

etas Nicolai, ceu ſigillo obſirmaretur. Exin Vdalricus Ioanni cuſtodi templi caſa reſtituta, ſub caua & exeſæ rupis ſaxum trans Melcham ſeceſſit propterq́ ſpecum ædiculam ſacrã cum tribus aris poſuit, cœleſtium Legionum Ductori Michaëli, Bartholomæo Apoſtolo, Annæ Chriſti Liberatoris noſtri Dei genetricis optimæ parenti inſcriptas. Ibi palæſtram conſtituit religioſæ exercitationis, ibi corpus frugaliſſimo tenuiſſimoq́ victu tuendæ vitæ cauſa ſuſtentabat, chaumeniis, vigiliisq́ & excubiis aſſiduè vexabat, & precando meditandoq́ torquebat. Septennium ad ſupremum vſque diem ſanctiſſimè exegit, quadriennium Nicolao ſuperſtes cum trimeſtri, deceſſit ipſo die, quo triumphum corporis Chriſti agitabat Eccleſia, in Paræcia Kernſina conditus. Magno natu diem obiiſſe ex habitu corporis intelligi poteſt, venerãda quippe canitie viſendus erat, cæterũ

ſtatura

ſtatura inter proceram & breuẽ media, barbitio lato, denſo, promiſſoq́, corpore vaſto, ſed macie, palloreq́ deformato, cultu, veſteq́ Nicolaum æmulabatur, pedes nudos, nullo ſocco muniebat, ſomnum humi ſubiecto capiti ſaxo capiebat. Admiranda & ab obitu patraſſe fertur, ſed enarrator rerum ab illo geſtarum, nullum exprimit ſingulatim. Cippus è ſaxo in modum aræ corpori impoſitus huiuſmodi refert Epitaphion: HIC SEPVLTVS IACET, FRATER VDALRICVS, QVI OBIIT FAELICITER ANNO M. CCCC. XCI. Hæc de Nicolai ſocio Raderus, Iconem eius ſubſignat idem Auctor hoc epigrãmate:

In ſolos ſaltus, & inhoſpita teſqua recedit,
Et mundi pelagus, naufragiumq́; fugit.
Immanes inter ſcopulos rabiemq́; ferarum
Tutior, humanas, quàm ſedet inter opes.
Nam temerant animum fœda contagia turbæ,
Aut trahit in mores aula ſuperba ſuos.
Qui ſolus celſo metitur pectore cœlum,
Hic terram pedibus calcat, & aſtra ſuis.

Placuit his adijcere quæ ex Henrico Gundelfingio decerpſimus, qui de hoc Vdalrico agens ſic ait: Abſtinentia *Nicolai id etiam effecit, ut quendam nobilem virum Vdalricum vocatum ex agro Norico natũ, ad ſe traheret. Is Heremitæ Nicolai integerrima religioſiſſimaq́; religione auditâ, viſendi eum deſiderio captus, hoc euangelij elogio motus, Nihil habentes & omnia poſſidentes, omnia pro Chriſto conſanguineis ſuis reliquit, ad Nicolai Heremum conceſſit, perbenigneq́; ab eodem ſuſceptus, longas quas in hoc lubrico ſæculo moleſtias ſuſtinuiſſet, ipſius religionis rigorẽ aduentus ſui cauſam, Nicolao perquirẽti Vdalricus fuiſſe dixit, eumq́; ob hoc inuiſendi deſiderio captum, ad hanc altam inuiamq́; vallem veniſſe neq; heremitarum quenquam in religione heremiticâ atq; abſtinentiâ religioſiorem adhuc offendiſſe, ipſumq́; per ſiluas, nec mora,*

mora, inuiaque iuga peregrinando tanquam in ſua vitæ refugium animaq́ ſuæ ſalutem perquiſiſſe; omnia etiam in mũdo turpia, dira, infanda, execranda, fera, barbara, inania, omneq́ mortalium genus impudens peſtilensq́ eſſe, perſpicatius effatur. Atque Nicolaum tam manifeſta virtutis ſuæ, ac demùm amoris ſigna inter loquendum ſibi demonſtraſſe, maioremq́ in modum in ipſo ſermonis aggreſſu admiratum fuiſſe, eum vnum ex omni heremitarum turba tam mitem, pium, rectum, omniq́ religione heremiticâ præditum inueniſſe teſtatur. Hæc ille. Subdit deinde paulò pòſt: *Vdalricus ad omnẽ heremi auſteritatẽ, præter hoc quod ab omni corporali cibo abſtineret, ſeſe obtulit; cùm ſuam naturam iamiam ad veſperum declinantem ſenioq́ confectam pane & aquâ duntaxat, iuxta heremitarum antiquam re-*

ligionem, obſeruantiamq́ȝ refocillandam conſuêrit. Ita Gundelfingius.

Subſeciuis horis hunc Achatem ſuum Nicolaus ſub rupe ſua latitantē conuenire ſolitabat, deq; ſummis rebus cum eo colloqui, huic vni obitûs ſui horam, prout iam pridem de eâ edoctus fuerat, manifeſtauit; imò vterq; quidquid pectore clauſum habebat, mutuâ ſibi ſynceraq; confidētiâ aperiebant; quæ tamen à Nicolao acceperat Vdalricus vſq; ad eius obitum ſilentio tegens exinde primùm in plures evulgauit. Eo anno, qui Nicolao poſtremus fuit, Vdalricus Romam contendit, Principum Apoſtolorum limina, cæteraque ſacra vrbis loca ſalutaturus. Retulit inde veneranda multorum Sanctorū Lypſana, variaſq; à Sede Apoſtolicâ aſceterio ſuo indultas gratias, quæ vel hodie ibidem publico diplomate comprehenſæ,

henſæ adhuc leguntur; id Romæ ſecundo Februarij anno ſupra milleſimum quadringenteſimum octogeſimo ſeptimo datum, ſedecim grandioribus Sigillis appenſis etiã hodie munitum manet. Offendit domum redux Vdalricus pium parentem ſuũ Nicolaum in extremâ jam luctâ conſtitutum, ac fortiter dimicantem, cuius ſpiritum non ſine ingenti luctu ipſe excepit, atq; oculiſſimi ſui Magiſtri oculos deniq; fluentibus lacrimis mœſtâ clauſit manu. Iuſtis denique perſolutis ſub cauâ ſuâ rupe inſtar turturis deſerti orbitatem ſuam ingemiſcens deplorauit. Atque hæc de Vdalrico Nicolaj ſocio pro noſtro inſtituto breuiter ſuperioribus addidiſſe ſufficiant.

CAPVT XVIII.

Nicolai nepos, eiuſdem in eremo pius Succeſſor.

IS FVIT Conradus Scheüber ex Dorothea Nicolaj filia Wolfenſchieſſij in Subſiluaniâ natus, atq; ab eâdem piè educatus. Iuuenis erat præſtanti corpore, egregiâ formâ, ac forti animo; vnde juſſu magiſtratûs inter ſuos militiæ operam dedit, atq; ex vndenis, quibus interfuit, expeditionibus glorioſum nomen reportauit. In iis conflictibus, quos Capellanos à Capellenſi quondã Cœnobio vocant, etiam Conradus iſte circa annum M. D. X X X I. heroëm ſe præſtitit. Certabat illic cum auitâ fide nouiter exorta hæreſis; multi cum paucis; ſed vicêre pauci, vicit æquior cauſa, jacuit inter cadauera ipſe etiã impiæ tum ſectæ, tum militiæ caput

ac

ac princeps Vdalricus Zuinglius, infelix apoſtata. Proſtrauit globo traiectũ ciuis Saxellenſis Andreas an der Halten Subſiluan⁹, quod certiſſimâ fide compertũ eſt, cumq; humi iacẽs, rogatus an per confeſſionem animã eluere & in gratiam cum Deo redire vellet, ipſe abnueret, alius eiuſdem Siluaniæ ciuis (ſic refert Baſileenſe Chronicon) poſtratum bipenni terræ affixit, animamq; infœlicem orco tranſmiſit. Ex hoc prælio Conradus cum ſuis victor in patrias alpes redit, miltiſq; clarus facinoribus ſenatoria primùm, mox etiam conſulari dignitate meritò cohoneſtatur. Functus aliquamdiu hiſce functionibus magno patriæ bono, ſuaq; ipſius gloria, longè alia paulatim animo cõcipere, mentem in diuerſa vertere, atque ſe Nicolaj nepotem meminiſſe cæpit. Inanias mundi, eiuſq; inſtabilitatem,

ac pronos in ſublimi faſtigio caſus quotidie meditabatur, dum tandem in ipſa ſui aui veſtigia inſiſtere, mundoq; ac pompis eius nunciū mittere decreuit. Relictis igitur vxore liberiſue auito exemplo eandem eremū vni deinceps DEO ſeruiturus adit, eodem ſe tugurio includit, atque incredibili auſteritate inibi corpus exercet. Carnium, ouorum ac piſcium eſu prorſus abſtinuit, ac nihilominus dies pleroſq; eſuriales habuit. Ipſos decem & octo annos, quibus eremitam egit, ab hoc rigore nihil remiſit; mentem interea diuinarum rerum commentationibus aſſiduè pauit. Diros Chriſti Cruciatus, eiuſq; crucem ita animo complexus eſt, vt crucem aliquam poſt Chriſtum etiam corpore ferre auidè concupiſceret: cuius voti tādem compos factus eſt, cùm enim vice quadam more ſolito

in

in Nicolaj aui ſui cella precibus ad Deum fundendis intentus eſſet, magna vi tartareus hoſtis irrumpens alterum eius femur afflixit tãto tamq; immedicabili vulnere, vt nullo malagmate curari vnquam poſſet, ipſeque perpetuò claudus quidem corpore, animo tamen erectus ad extremum vſq; ſpiritũ maneret. Triennio in ſui aui tugurio pium nepotem loci religio & ſanctitas tenuit, ad mortem vſq; retentura, niſi tãti quotidie mortalium jam non tam Nicolaj memoriam, quam eius aſſeclam Cõradum inuiſentium concurſus fierẽt, quibus ipſe, non ſine graui moleſtia à ſancta ſua quiete crebrius auocabatur. Abditiorẽ igitur ſeceſſum quæſiuit in nemore ſuo ſupra montem primo à patria ſua lapide diſtantem, illic humile caſale ſibi erexit; vbi Deo quidem ſeruire, homines verò latere

non potuit; omnis ætas, ſexusúe ad eum excurrit, inſtrui ab eo, moneri, ſolatio impertiri omnes certatim petierunt, quibus ille tandem refragari amplius non auſus, ſed ſingulis patienter audientiam præbens, pro cuiuſq; neceſſitate adiutos ab ſe dimittebat. De abſentibus ac futuris rebus ita ſermocinabatur, ac ſi eas præſentes inſpiceret. Sed neq; viuorum tantùm aſylum fuit Conradus, ipſi etiam vita functorum Manes nocturnis horis cellulæ ipſius fores pulſare ac lamentabili vlulatu piaculare opem flagitare ac dicere ſolitabãt, Fer opem, Conrade frater, quia immane quantum ignibus purgatorijs excruciamur. Diuina Myſteria adijt Conradus ſacratioribus ac ſolennioribus diebus in ſua Wolfenſchieſſiana parochia, atq; ita demum grandæuus natu emaciato per ieiunia

corpo-

corpore felicem vitam beatiore etiã fine clauſit. Plura de hoc viro DEI eaque admiranda referuntur, quæ tamen hic inſerere ſuperſedeo, cùm hæc de pio pijſſimi aui nepote ad vtriuſque commendationem dicta ſufficere videantur. Nunc ad ipſum auum redeo, eiuſque honorem poſthumum quàm poſſum pauciſſimis expedio.

PARS TERTIA

VITAE AC RERVM GESTArum Nicolai de Rupe Eremita Heluetij.

CAPVT I.

Nicolaus ſtatim poſt obitum apparet, & in ſuâ imagine colitur.

POSTRIDIE eius diej, quo humi conditus eſt Nicolaus, glorioſus ipſe tum coniugi ſuę, tum etiam ciuibus alijs honoratis ac fide dignis viſus eſt. Stabat ſupra eam rupem, quæ ipſi gentilitium nomẽ dederat, ſplendor clariſſimus ex eo ſeſe longè lateq; diffundebat, atq; oculos intuentium perſtringebat; geſtabat manu vexillum candidum vrſini pedis picturam præſeferens, illudque per auras

auras ventilans victoriam ac triumphum concinebat. Magnum id ſpectaculum attulit mœſtæ coniugi ſolatium, magnã apud populares ſuos ipſi viro Dei commendationem, ac æternæ felicitatis fidem, vt primùm enim hæc res vulgata certiſq; teſtibus comprobata innotuit, noui animorum motus erga virum Dei cunctis oboriri cæperunt. Is paſſim inter omnes de eo ſermo erat, viciſſe Nicolaum, triumphum diuinitùs quõdam promiſſum reportâſſe, hunc ſe Ducem, hæc ſigna ſe ſequi, atq; ſub his viuere, pugnare, ac vincere certos de futuro triumpho velle. Atq; hinc etiam paſſim palamq; vir Dei cœleſtibus honoribus coli cæptus eſt, vnde & imagines eius inter reliquas Diuorum iconas publicæ poſitæ atq; appenſæ ſunt. Quinquennio poſt eius obitum, id eſt, nonageſimo ſe-

cundo ſupra milleſimum quadrin-
genteſimum, in Saxellenſi æde, vbi
conditum diximus Nicolaum, cùm
princeps ara recenter poneretur, in
altera alarum eius eleganti ac nobi-
liore picturâ imago viri Dei viſa eſt
primùm volare. Quo eodem anno
etiam in æde Diui Nicolaj Myrenſis
Pontificis, haud procul inde jam an-
tiquitùs in Kernſianâ Curiâ poſitâ
vtriuſq; Fratrũ, Nicolaj, ſcilicet, atq;
Vdalrici imagines ſummæ aræ appi-
ctæ, piorumq; venerationi propoſitæ
ſunt. Quæ cùm indies accreſceret,
magniq; vndiq; ad vtriuſq; aſceteria
quotidie confluxus fierent, ita vt nõ
raro toti pagi oppidaq; & parochiæ
plures effuſæ longo decentiq; ordine
eò ſupplicatum procederent, mul-
tos neceſſariò à diuinis officijs audi-
endis anguſtiæ locorum excludebãt.
Quapropter anno ſæculari proximè
ſecu-

ſecuto deſignatâ inter vtramq; cellã eremitoriam in eâdem valle amœnâ ac capaci areâ nouum anguſtiuſque cœpit excitari templum, quod tanto pòſt anno ope potiſſimum ac liberalitate Bernenſium, Lucernenſium, ac Valleſianorum abſolutum eſt. Fama non obſcura eſt, ipſum Nicolaum, dum adhuc viueret, eodem loco Deiparam Virginem ſpecioſiſsima ſpecie vidiſſe, atq; ab ea templi ſtruẽdi ſitum conſtruendi præſagium ac delineationem accepiſſe. In arâ eius templi principe è ligno poſita eſt [illegible] bitalis viri Dei imago opere ſtatuario raro ac operoſo, quæ formam eius ad viuum cenſetur exprimere, ideoq; præ cæteris in ſui admirationem venerationemq; intuentium animos, oculoſque rapit.

Non multo pòſt in æde ſacella [illegible] ad latus altaris extructum eſt [illegible]

[illegible]

CAPVT XVIII.

Nicolai nepos, eiuſdem in eremo pius Succeſſor.

IS FVIT Conradus Scheüber ex Dorothea Nicolaj filia Wolfenſchieſſij in Subſiluaniâ natus,atq; ab eâdem piè educatus. Iuuenis erat præſtanti corpore,egregiâ formâ, ac forti animo; vnde juſſu magiſtratûs inter ſuos militiæ operam dedit, atq; ex vndenis, quibus interfuit,expeditionibus glorioſum nomen reportauit.In ijs conflictibus,quos Capellanos à Capellenſi quondã Cœnobio vocant, etiam Conradus iſte circa annum M. D. XXXI. heroëm ſe præſtitit. Certabat illic cum auitâ fide nouiter exorta hæreſis;multi cum paucis;ſed vicêre pauci, vicit æquior cauſa, jacuit inter cadauera ipſe etiã impiæ tum ſectæ, tum militiæ caput

ac

ac princeps Vdalricus Zuinglius, infelix apoſtata. Proſtrauit globo trajectũ ciuis Saxellenſis Andreas an der Halten Subſiluan⁹, quod certiſſimâ fide compertũ eſt, cumq́; humi jacẽs, rogatus an per confeſſionem animã eluere & in gratiam cum Deo redire vellet, ipſe abnueret, alius eiuſdem Siluaniæ ciuis (ſic refert Baſileenſe Chronicon) poſtratum bipenni terræ affixit, animamq́; infelicem orco tranſmiſit. Ex hoc prælio Conradus cum ſuis victor in patrias alpes redit, miltiſq́; clarus facinoribus ſenatoria primùm, mox etiam conſulari dignitate meritò cohoneſtatur. Functus aliquamdiu hiſce functionibus magno patriæ bono, ſuaq́; ipſius gloria, longè alia paulatim animo cõcipere, mentem in diuerſa vertere, atque ſe Nicolaj nepotem meminiſſe cæpit. Inanias mundi, eiuſq́; inſtabilitatem,

ac pronos in ſublimi faſtigio caſus quotidie meditabatur, dum tandem in ipſa ſui aui veſtigia inſiſtere, mundoq; ac pompis eius nunciũ mittere decreuit. Relictis igitur vxore liberiſúe auito exemplo eandem eremũ vni deinceps DEO ſeruiturus adit, eodem ſe tugurio includit, atque incredibili auſteritate inibi corpus exercet. Carnium, ouorum ac piſcium eſu prorſus abſtinuit, ac nihilominus dies pleroſq; eſuriales habuit. Ipſos decem & octo annos, quibus eremitam egit, ab hoc rigore nihil remiſit; mentem interea diuinarum rerum commentationibus aſſiduè pauit. Diros Chriſti Cruciatus, eiuſq; crucem ita animo complexus eſt, vt crucem aliquam poſt Chriſtum etiam corpore ferre auidè concupiſceret: cuius voti tãdem compos factus eſt, cùm enim vice quadam more ſolito

in

in Nicolaj aui ſui cella precibus ad Deum fundendis intentus eſſet, magna vi tartareus hoſtis irrumpens alterum eius femur afflixit tãto tamq; immedicabili vulnere, vt nullo malagmate curari vnquam poſſet, ipſeque perpetuò claudus quidem corpore, animo tamen erectus ad extremum vſq; ſpiritũ maneret. Triennio in ſui aui tugurio pium nepotem loci religio & ſanctitas tenuit, ad mortem vſq; retentura, niſi tãti quotidie mortalium jam non tam Nicolaj memoriam, quam eius aſſeclam Cõradum inuiſentium concurſus fierẽt, quibus ipſe, non ſine graui moleſtia à ſancta ſua quiete crebrius auocabatur. Abditiorẽ igitur ſeceſſum quæſiuit in nemore ſuo ſupra montem primo à patria ſua lapide diſtantem, illic humile caſale ſibi erexit; vbi Deo quidem ſeruire, homines verò latere

non potuit; omnis ætas, ſexusúe ad eum excurrit, inſtrui ab eo, moneri, ſolatio impertiri omnes certatim petierunt, quibus ille tandem refragari amplius non auſus, ſed ſingulis patienter audientiam præbens, pro cuiuſq; neceſſitate adiutos ab ſe dimittebat. De abſentibus ac futuris rebus ita ſermocinabatur, ac ſi eas præſentes inſpiceret. Sed neq; viuorum tantùm aſylum fuit Conradus, ipſi etiam vita functorum Manes nocturnis horis cellulæ ipſius fores pulſare ac lamentabili vlulatu piaculatē opem flagitare ac dicere ſolitabāt, Fer opem, Conrade frater, quia immane quantum ignibus purgatorijs excruciamur. Diuina Myſteria adijt Conradus ſacratioribus ac ſolennioribus diebus in ſua Wolfenſchieſſiana parochia, atq; ita demum grandæuus natu emaciato per ieiunia

corpo-

corpore felicem vitam beatiore etiã fine clauſit. Plura de hoc viro DEI eaque admiranda referuntur, quæ tamen hic inſerere ſuperſedeo, cùm hæc de pio pijſſimi aui nepote ad vtriuſque commendationem dicta ſufficere videantur. Nunc ad ipſum auum redeo, eiuſque honorem poſthumum quàm poſſum pauciſſimis expedio.

PARS TERTIA

VITAE AC RERVM GESTA-rum Nicolai de Rupe Ere-mitæ Heluetij.

CAPVT I.

Nicolaus ſtatim poſt obitum apparet, & in ſuâ imagine colitur.

POSTRIDIE eius diej, quo humi conditus eſt Nicolaus, glorioſus ipſe tum coniugi ſuę, tum etiam ciuibus alijs honoratis ac fide dignis viſus eſt. Stabat ſupra eam rupem, quæ ipſi gentilitium nomē dederat, ſplendor clariſſimus ex eo ſeſe longè lateq; diffundebat, atq; oculos intuentium perſtringebat; geſtabat manu vexillum candidum vrſini pedis picturam præſeferens, illudque per auras

auras ventilans victoriam ac triumphum concinebat. Magnum id ſpectaculum attulit mœſtæ coniugi ſolatium, magnā apud populares ſuos ipſi viro Dei commendationem, ac æternæ felicitatis fidem, vt primùm enim hæc res vulgata certiſq; teſtibus comprobata innotuit, noui animorum motus erga virum Dei cunctis oboriri cæperunt. Is paſſim inter omnes de eo ſermo erat, viciſſe Nicolaum, triumphum diuinitùs quōdam promiſſum reportâſſe, hunc ſe Ducem, hæc ſigna ſe ſequi, atq; ſub his viuere, pugnare, ac vincere certos de futuro triumpho velle. Atq; hinc etiam paſſim palamq; vir Dei cœleſtibus honoribus coli cæptus eſt, vnde & imagines eius inter reliquas Diuorum iconas publicæ poſitæ atq; appenſæ ſunt. Quinquennio poſt eius obitum, id eſt, nonageſimo ſe-

cundo ſupra milleſimum quadrin-
genteſimum, in Saxellenſi æde, vbi
conditum diximus Nicolaum, cùm
princeps ara recenter poneretur, in
altera alarum eius eleganti ac nobi-
liore pictura imago viri Dei viſa eſt
primùm volare. Quo eodem anno
etiam in æde Diui Nicolaj Myrenſis
Pontificis, haud procul inde jam an-
tiquitùs in Kernſianâ Curiâ poſitâ
vtriuſq; Fratrũ, Nicolaj, ſcilicet, atq;
Vdalrici imagines ſummæ aræ appi-
ctæ, piorumq; venerationi propoſitæ
ſunt. Quæ cùm indies accreſceret,
magniq; vndiq; ad vtriuſq; aſceteria
quotidie confluxus fierent, ita vt nõ
raro toti pagi oppidaq; & parochiæ
plures effuſæ longo decentiq; ordine
eò ſupplicatum procederent, mul-
tos neceſſariò à diuinis officijs audi-
endis anguſtiæ locorum excludebãt.
Quapropter anno ſæculari proximè
ſecu-

ſecuto deſignatâ inter vtramq; cellã eremitoriam in eâdem valle amœnâ ac capaci areâ nouum auguſtiuſque cæpit excitari templum, quod tertio pòſt anno ope potiſſimùm ac liberalitate Bernenſium, Lucerinorum, ac Valleſianorum abſolutum eſt. Fama non obſcura eſt, ipſum Nicolaum, dum adhuc viueret, eodẽ loco Deiparam Virginem aſpectabili ſpecie vidiſſe, atq; ab ea templi ibidẽ olim conſtruendi præſagium ac delineationem accepiſſe. In arâ eius templi principe è ligno poſita viſitur bicubitalis viri Dei imago opere ſtatuario raro ac operoſo, quæ formam eius ad viuum cenſetur exprimere, ideoq; præ cæteris in ſui admirationem venerationemq; intuentium animos oculoſque rapit.

Non multò pòſt in æde Saxellenſi ad latus altaris erectum eſt taberna-

culum, quod vocant, ſeu reconditorium SS. Euchariſtiæ viginti pedes editum, cuius impenſas confluentiũ mortalium pietas, lapides verò atq; manum artificem Baſilea dedit. Multis ſtatuis præclarè ornatur hoc opus, inter quas ſuum etiam Nicolaus locũ habet. Eidem diuino epulo conſtructum eſt etiam illo ipſo tempore ferculum argenteum pro eâdem æde, Baſileenſi manu, opere planè regio, ſiue artem, ſiue pondus ſpectes. Circumſtant eam turrim veluti excubitores Diui multi inauratis ſtatuis effigiati, quos inter etiam Nicolaus cum baculo ſuo globuliſúe precatorijs ſtationem ſuam tenet. Vnde facilè colligi poteſt, quis hominum ſenſus, de hoc viro ſtatim poſt obitum fuerit, ex eo enim tempore, qui tot annis in eremo latuerat, per totum Orbem videri cæpit, cum varijs modis

arti-

artifices eius effigiem expreſſam paſſim ſpectandam exhiberēt, ita vt etiā Chriſtianiſſimi Galliarum Regis intimum conclaue (quod certâ relatione compertum habeo) penetrârit, atq; illîc inter ampliſſimi eius regni tutelares Diuos affixa cernatur atq; honoretur. Ipſi etiam Belgæ ære ſuo expreſſam huius Sancti viri effigiem ſparſerunt, eamq; eleganti hoc epigrammate ſubſcripſerunt:

Nicoleos hic eſt, impranſus & incœnatus,
Qui ſolus quinas vixit olympiadas.
Heluetica cautes, & conſcia ſaxa loquantur,
Quot biberint lachrymas audierintq; preces.

Alijs eius imaginibus nonnullis hanc epigraphen inſcriptam legi:

Nicoleos hic eſt, qui paſtus corpore Chriſti,
Cætera ieiunus bis duo luſtra fuit.

Atq; hæc de eius in ſuâ imagine cultu dicta ſunto.

CA-

CAPVT II.

Reliquiæ Nicolai poſt eius obitum cultæ.

EXEMPTO ex humanis Nicolao, iuſtiſq; omnib⁹ rite exactis, hæredes eius relictam ſibi à tanto parente hæreditatem adire atq; inter ſe partiri properârunt. Totum patrimonium tunica talaris fuit, globuli precatorij, ſcipio, quo greſſum regere conſuêrat, nixus humilibus ſcabellis aſſer, ac ſuperpoſitus in culcitræ locum lapis ſiue truncus, cui indormire ſolitus fuerat; hic eius apparatus omnis, ac tota ſupellex erat, nam cætera, quæ olim poſſederat, iam pridem hæredibus reliquerat. Hunc igitur theſaurum permagni vtiq; æſtimatū vt inter ſe diuiderent, hæredes conuenêre. Et iam baculus ille quidē peregrè migrârat, nam celeberrimi

Murenſis Monaſterij Præſul, cùm viri Dei exequias etiam ipſe præſens cohoneſtare vellet, eum baculum multis precibus obtinuit, atq; in Cœnobium ſuum pro ingenti theſauro delatum argento concinnè ornauit. Is nunc Friburgi Heluetiorum in theſauro D. Petri Techterman eiuſdem Reipub. Senatoris viri Conſultiſſimi conſeruatur, maximaq́; in veneratione ac pretio habetur. Cætera itaque inter hæredes hoc modo diſtributa ſunt. Veſtis viri Dei filio eius Gualtero de Rupe olim Siluaniæ Conſuli obtigit, ac poſt eius deceſſum Nicolao de Rupe, quem Gualterus parens tum conſulatûs ſui tum etiam paternorum bonorum ſucceſſorem ac hæredem reliquit.

Fertur hic Nicolaus Nicolai nepos complures annos ſummà cum prudentiæ, juſtitiæ, ac pietatis laude vſq; ad

ad extremam ſenectam, ad clauum Reip. in patriâ ſediſſe, & cùm nonagenarius è vitâ deceſſiſſet, ſacras illius exuuias filio ſuo eiuſdem nominis ac dignitatis, viri Dei pronepoti, trãſſcripſiſſe. Is deniq; ſacrum illud indumentum, ne longiùs à Saxellenſi æde abeſſet, filio ſuo haud procul illinc habitanti commiſit, vt eò peregrinãtium pietati ac religioni commodius ſatisfieret, qui ſacram hanc togam videre, exoſculari ac religiosè cõtingere certatim cupiebant. Et certè etiam hodie in magnâ adhuc veneratione habetur, quotquot eam aſpiciunt boni, ſingulari religionis ſenſu ſacroue calore pectus accenduntur, mali verò ſalubri horrore ac rubore exterrentur, vt ad frugem ſe recipiãt. Atq; hæc de ea veſte, quâ indutus vir Sanctus ex hac vita ad meliorem migrauit.

Su-

Supereſt enim etiam altera quædã, in qua ſanctioris vitæ ſuæ inſtitutum inchoâſſe, multosq́; annos tranſegiſſe creditur. Seruatur ea, magnoq́; in pretio habetur iam multis annis Lucernæ in templo S. Saluatoris Patrũ Societatis IESV, ibi enim ex ſuperiore odæo ſtatua Nicolai, eius qua ille fuit proceritatis, vitreo loculamẽto concinnè incluſa in ſubiectam totius templi aream proſpicit, quæ hoc amictu circumfuſa, & templo ornamentum affert, & viro Dei venerationem auget. Donauit hunc theſaurũ Collegio Lucernenſi D. Vttenberger perhoneſtæ familiæ ac ſenatorij Ordinis vir, ad quem ille à maioribus hæreditario iure deuolutus fuerat. Quo autem modo ea veſtis ad illam familiam peruenerit, ſic narrat vetus & non vana traditio. Erat quondam neſcio quo fato caſúue vrbs Lucernenſis

nenſis crebris obnoxia incendijs, ita vt totis nonnunquam vicis vaſtatio-nem inferrent, imò toti ſæpe ciuitati voraces flammę cineres minarentur. Senatus populuſq; ad omnem pietatem religionemúe iam tum ficti factique, cùm humana tantis cladibus auertendis remedia deficerent, ad diuina confugerunt, votumq; ſolennis ſupplicationis annuatim per omnia circum vrbis pomæria pridie ſalutatæ Virginis Deiparæ inſtituendæ nuncupârunt, quo die præcipuã Dei opem in jncendiarijs illis calamitatibus experti erant. Ea ſupplicatio cùm jam multis annis maximo indigenarum aduenarumúe confluxu ac religione celebrata eſſet, vt maior inde animorum fructus emergeret, in cõmune decretum eſt, à Summo Pontifice piacularem aliquam gratiam expetere, quæ etiam ſpõtę currentes

ad

ad ſacram illam pompam alacrius ornandam extimularet. Sedit eo tẽpore ad ſupremum Reip. Chriſtianæ clauum Iulius ſecundus eo nomine Pontifex Max. qui anno tertio ſupra milleſimum ac quingẽteſimum claues Petri moderandas ab Alexandro ſexto deceſſore relictas acceperat. Is cognito pietatis ardore, quo Reſpub. Lucernenſis ſupplicationem illam ad Deum placãdum proſequeretur, piâ liberalitate motus, annuum ſupplicibus indulſit iubileum, quod eius ſubinde ſucceſſores Pontifices huc vſq; ſinguli ſingulos decem quindecimue annos non tantùm confirmârunt, ſed largiſſimè etiam auxerunt, atq; ad plures dies annuos extenderunt. Id fecerunt Clemens ſeptimus, Paulus tertius & quartus, Gregorius decimus tertius, Sixtus quintus, Paulus item quintus, ac deniq; Gregori-

us

us decimus quintus, qui eas Indul-
gentias poſtremâ ſuâ bullâ ad duo
luſtra anno milleſimo ſexcenteſimo
vigeſimo ſecundo, ſui Pontificatûs
primo conſignauit. Hiſcé autē gratijs
quibus Pontifices, vt dixi, eum cultū
diuinum exornârunt, ipſe etiam Lu-
cernenſis Senatus liberalem ſuam
manum adiecit, Sacerdotibus enim
incolis accoliſüe, quotquot ad eam
confluerent, ſingulis vini duos Lu-
cernenſis menſuræ cyathos, piſcium-
que ſex pondo aſſignauit. Solet ea
pompa ex æde principe D. Leodega-
rij SS. Euchariſtiâ, ſacriſq; Sanctorū
lypſanis, Clero itē ingenti populoq;
comitata, procedere, & lacum quidē
vicinum, amnemúe Ruſam nauigio
ſuperare, reliqua verò vrbis mænia
ita ambire, vt poſtquam in ſuburba-
no monte ſub dio Eccleſiaſtes ad cle-
rum quidem Romano ſermone, ad
plebem

plebem verò vernaculo perorauerit, eò demum redeat, vnde exierat. Huic igitur ſupplicationi Lucernæ quotannis interfuiſſe Nicolaum noſtrum certiſſi ma extant argumenta, teſte Eichornio, ſed oportuit id factũ eſſe prius, quàm ea Pontificijs indulgentijs, quas ſupra memoraui, exornata fuit, vt facilè intelliget, qui rationem temporum diligenter examinauerit. Diuertit vir Sanctus Lucernæ apud Vttẽbergios, quorũ maiores ex Subſiluania ortũ traxiſſe feruntur; cùmque togâ jam tritâ ac lacerâ amictus eſſet, oblatâ nouâ, ſed non minus ex rudi griſeoq; panno confectâ, veterẽ ſibi relinqui donariùe pij hoſpites petierunt, atque impetrârunt; hanc deinde honorificè ac religiosè aſſeruatam, is, quem ſupra nominaui Vttenbergius templo Societatis IESV recens Lucernæ excitato piè conſe-

crauit. Atq; hæc de Nicolai veſtibus.

Ad cæteram ſupellectilem redeamus. Grandiuſculos eius orbiculos, quos precatorios appellitam', quoſque vir Dei aſſiduè manibus verſare ac percurrere precando ſolitabat, inter ſe cæteri hæredes amici ac familiares diſtribuerunt, magniq; theſauri inſtar recõdiderunt. Ligneus deniq; illius lectulus in minutiſſima ſegmẽta conciſus ab indigenis aduenisúe ſenſim aſportatus, magni etiam theſauri loco habitus eſt. Tanti nimirũ reliquiæ viri Sancti vel ab ipſo eius obitu æſtimatæ ſunt. Hodie verò incredibile dictu eſt, quanto in honore habeantur oſſicula, puluiſculi de eius corpore, fragmina itẽ de eius tumbâ, atq; de eius veſte vel tenuiſſima fila; auro conduntur, margaritis æquantur, inter alia ſacra amuleta ex collo ſuſpenduntur, Lypſanothecis includuntur,

duntur, pro ſacris aris ad veneratio-nem ac tanti viri memoriam conſti-tuuntur. Certè Illuſtriſſimus ac Re-uerendiſſimus Dominus D. VVladiſ-laus de Aquino S.R.I. Cardinalis, & ad catholicos Cantones quondam Nuncius Apoſtolicus, ad ſepulchrũ Nicolaj profectus, non niſi poſitis humi genibus venerabundus de eâ-dem veſte fragmentum à Curione Saxellenſi accipere voluit. Ioannes Krumenacker ciuis & totius Subſil-uaniæ Labariſer inter ſuos theſauros numerat nummum aureũ, qui quõ-dam ad Nicolaũ pertinuiſſe dicitur, quem ille non tantùm ſummâ in ve-neratione habet, ſed etiam ægris ex-poſcentibus pro impetranda ſanita-te ſæpius commodatò mittit, nõ ſine fructu, vt multi teſtantur. Ex quo de-niq; patet, communi catholicorum omnium pioque ſenſu ac conſenſu

hunc virum inter Diuos jam pridem habitum eſſe.

CAPVT III.

Nicolaus magnificentius conditur, & colitur à Magnatibus.

VErùm enim non voluit committere præpotens ac benignũ Numen, vti ab hominibus tantùm ſeruus ſuus poſt obitum honoraretur, ſed & ipſe manifeſtis ſignis toti mundo demonſtrare voluit, quibus ipſe eum in cœlis fauoribus proſequatur. Iacebat adhuc ſacrum eius corpus eo, quo tumulatum dixi, humili loco, terra defoſſum, ac grandi lapide contectum, atq; interea Deus ingentibus quotidie prodigijs, quæ illic fiebant, oſtendebat, honoratiori tumulo dignum eſſe tantum pignus, idq; vnum ſe velle, vt oſſa ac cineres abſq; terreſtri alimento tamdiu ſu-

ſten-

ſtentata, è terra ſublata eleuatiori Mauſolæo ſuſtentarentur. Id ergo demum agere decreuêre Subſiluani anno poſt Chriſtum natum ſupra milleſimum quingenteſimum deci- mo octauo, poſt viri Sancti deceſſũ trigeſimo primo. Inuitarunt ad id o- peris perficiendum Illuſtriſſimum ac Reuerendiſſimum Dominum D. Be- nedictum De monte Ferrando S.R. Imperij Principem, ac Lauſanenſis Eccleſiæ Pontificem, virum egregiũ ac Nicolao per quam deuotum, col- lectoue per omnem Subſiluaniam Clero eam diem huic ſolennitati no- minarunt, quæ D. Benedicto annua- tim feſta, ipſi vero Nicolao in terris quidem poſtrema, in cœlis autem initium æternitatis fuit. Eo igitur die præſentibus, quos dixi, alijſque fre- quentiſſimis ſpectatoribus, lapide ſe- moto, tumulo aperto, reperitur cor-

 pus,

pus, imò jam non corpus, ſed cinere operta oſſa leuantur humo, ſacrique Antiſtitis manibus nouo reponūtur ſarcophago, quē eius rei gratia quernum fecerant, receptaq́; ſacra Lypſana ferreis clauſtris ac repagulis clauduntur. Eodem deinde loco, quo primum defoſſa jacuerant, excelſum erigunt mauſolæum è ſolido Lucernenſi lapide, celatum vndiq;, & affabre figuris ornatum, in hoc lapidem collocant, qui prius monumentum texerat; huic ſarcophagū imponunt, adiuncta capſa, quæ literas memorati Lauſanenſis Antiſtitis ad rei memoriam complectebatur; totum monumentum ingenti denuo ſaxo claudunt, quod auguſtum ſerui Dei ſimulachrū egregio opere inciſum præſeferebat; ac totum corpus ferro cancellato circumueniunt, muniuntúe, & ſeptem lampadibus perpetuò arſuris

ſuris exornant. Addita eſt epitaphia inſcriptio his verbis: *Frater Nicolaus de Rupe relictâ coniuge ac liberis, in eremum ſeceßit, ſeruijt Deo ſine corporali cibo annis decem & nouem, ac menſibus ſex, obijt feſto die D. Benedicti, anno Domini* 1487.

Apertum eſt denuo hoc mauſolæum anno ſæculari ſexcenteſimo ſupra milleſimum, poſt eius erectionē octogeſimo, cùm Saxellenſis ædes neceſſariò dilatanda eſſet, eoq; quo diximus, ordine reperta omnia, niſi quod litteræ Pontificiæ vetuſtate ac murorum humiditate conſumptæ, legi amplius non potuerunt. Qui tum præſentes fuêre, ſuauiſſimo ſe odore ex tumba prorumpente afflatos faſſi ſunt; inter quos id conſtantiſſime ſemper aſſeuerauit Iacobus Antiſtes celebris in Subſiluania Cœnobij, quod à monte Angelorū no-

men habet,qui tum,cùm hæc fierēt, Parochiæ Saxellenſi vicariam operā impendebat. Sunt, qui in ſingulare omen trahunt,quod circa id tempus, quo in Saxonia enormes, omnibuſque retro ſęculis inauditæ aduerſus auitam religionem hæreſes exortæ pullulârunt, Saxellæ in Subſiluania ſacrum Nicolaj corpus translatum eximioq; honore affectum ſit, tum quia idipſum ſic fore vates ille veridicus prædixerit, tum etiam quia naſcentibus atq; ex ipſo orco prorumpentibus Hagiomaſtygibus, DEVS etiam recentes ſuos Sanctos honorare atq; illuſtrare voluerit,vt apertè doceret,eam eſſe nouam illam alienamúe fidem,quam orituram Nicolaus,caneq; peius & angue fugiendā ſæpius jam olim præmonuerat. Hæc de viri Dei in nouum mauſolæum translatione dicta ſufficiant.

Illud

Illud quoq; non in poſtremis recenſendũ eſt, quod jam inde ab eius propè obitu Sacerdotes catholici, qui frequentes Saxellam confluebãt, diuino Numini ad viri Dei honorem proprio ſacrificio incruentã hoſtiã, quod peculiaribus ac perſpectis Dej amicis ab Orthodoxis Sacerdotibus fieri ſolet, litauerint, idq; totos ſexaginta duos annos, donec ſcilicet anno deniq; 1603. Illuſtriſſimus ac Reuerendiſſimus Dominus D. Ioannes Georgius ab Halvvil Conſtantienſis Præſul, cùm diœceſim ſuã luſtraret, re compertâ, præcocem nimis religionem inhibitione publicè factâ ſuſpendit, quod diceret: Agnoſcere ſe quidem, eximiâ ſanctitate virũ fuiſſe Nicolaum, eoq; honore minimè indignum, veruntamen abſq; ſupremâ in rebus ſacris authoritate permittere ſe non poſſe, vt viro, etiam Sancto,

men habet,qui tum,cùm hæc fierẽt, Parochiæ Saxellenſi vicariam operã impendebat. Sunt, qui in ſingulare omen trahunt,quod circa id tempus quo in Saxonia enormes, omnibuſque retro ſęculis inauditæ aduerſus auitam religionem hæreſes exortæ pullulârunt, Saxellæ in Subſiluania ſacrum Nicolaj corpus translatum eximioq́; honore affectum ſit, tum quia idipſum ſic fore vates ille veridicus prædixerit, tum etiam quia naſcentibus atq; ex ipſo orco prorumpentibus Hagiomaſtygibus, DEVS etiam recentes ſuos Sanctos honorare atq; illuſtrare voluerit,vt apertè doceret,eam eſſe nouam illam alienamúe fidem,quam orituram Nicolaus,caneq́; peius & angue fugiendã ſæpius jam olim præmonuerat. Hæc de viri Dei in nouum mauſolæum translatione dicta ſufficiant.

Illud

Illud quoq; non in poſtremis recenſendũ eſt, quod jam inde ab eius propè obitu Sacerdotes catholici, qui frequentes Saxellam confluebãt, diuino Numini ad viri Dei honorem proprio ſacrificio incruentã hoſtiã, quod peculiaribus ac perſpectis Dej amicis ab Orthodoxis Sacerdotibus fieri ſolet, litauerint, idq; totos ſexaginta duos annos, donec ſcilicet anno deniq; 1603. Illuſtriſſimus ac Reuerendiſſimus Dominus D. Ioannes Georgius ab Halvvil Conſtantienſis Præſul, cùm diœceſim ſuã luſtraret, re compertâ, præcocem nimis religionem inhibitione publicè factâ ſuſpendit, quod diceret: Agnoſcere ſe quidem, eximiâ ſanctitate virũ fuiſſe Nicolaum, eoq; honore minimè indignum, veruntamen abſq; ſupremâ in rebus ſacris authoritate permittere ſe non poſſe, vt viro, etiam Sancto,

 non-

nondũ tamẽ ſolenni ritu inter Diuos relato is honor decernatur. Quamobrem ab eo nihilominus vſque ad hæc noſtra tempora, dies ille quo cœlo natus eſt Nicolaus, feſtiuus per totã Siluaniam quotannis coli, eodemq; die in æde Saxellenſi celeberrima Sancti viri memoria haberi cæpit. Solet eo die celebrior ac frequentior, quàm toto anno, omnium ordinum concurſus fieri, ita vt multitudinem vix dimidiam templum, quamuis capax, capiat, procumbunt ſummi infimiq; ad viri Dei ſepulcrũ, veſtem eius demiſſè venerãtur, aſceterium obeunt, & obrepunt multi, pauimentum exoſculantur, lacrimis rigant, & nullum deniq; religionis ac pietatis genus omittunt, quo animũ ſuum erga tantum virum teſtari ſe poſſe arbitrãtur. Cultus autem diuinus eo die in illa æde hoc ordine ſo-

let inſtitui. Ornantur aræ quàm fieri poteſt feſtiuiſſime, ac præter priuata ſacrificia, ter horis antemeridianis ſolenni ritu Deo litatur, primùm pro liberandis ex pœna purgatoria, qui de familia Nicolaj vitâ functi ſunt, ipſum enim Nicolaum tali ope haudquaquam indigere pro certo habetur; ſecundùm in D. Benedicti, ac deniq; tertiùm in SS. Trinitatis honorē; vbi etiam Diuorum omnium commemoratione Nicolaj memoria cōprehenditur. Ad circumfuſam concionem qui eo die perorant, vt plurimum in viro Dei exornando atq; ad exemplum vitæ ac virtutum mortalibus proponendo ſe occupare ſolēt. Altero ſtatim qui eius obitum inſecutus eſt, anno, id eſt milleſimo quadringenteſimo octogeſimo octauo authore Henrico de Gundelfingen Canonico Beronenſi, compoſitum

eſt de hoc viro Dei integrum, quod vocant, Officium, qualia de præſtantioribus cœli incolis quotidie à Clero catholico decantari recitariúe ſolent, quod cùm maximopere ad viri Dei commendationem totũ faciat, totum tamen huc transferre nimis longum viſum eſt. Spero interim Lectori minimè moleſtum futurum, ſi ex eo officio ſimplicem ei antiquitatem, ac ſincerum affectum authoris erga hunc eremitam vel extremis labris delibandum propinem, id quod deſcripto vno alteroúe hymno ad calcem totius operis agam, vnâ item alterâue ſuffragij formulâ, qua Deũ in hoc viro Dei honorauit atque inuocauit.

Fuit autem Nicolaus etiam poſt obitum ſuum non plebeijs tantùm, ſed etiam principibus viris in ſummo pretio ac honore. Illuſtriſſimus certè

ac

ac Reuerendiſſimus S. Rom. Imperij Princeps Matthæus Schinerus Sedunenſis Pontifex ac Valleſiæ Præfectus &c. qui anno milleſimo quingenteſimo nono inter purpuratos Patres Romæ cooptatus eſt, cuius eximias laudes, Paulus Iouius inſignis hiſtoricus tom. 1. lib. 11. fuſius exequitur, is, inquam pius Princeps pio religioſoque prorſus affectu in hunc virũ Dej ferebatur, id quod præclarè teſtatum facit, eius tum liberalitas, quâ noui templi ædificium juxta Nicolai aſceterium anno milleſimo quingenteſimo primo, vt dixi, erigi cæptum, ipſe ſuis impenſis cumprimis promouit, tum etiam Henrici Lupuli Canonici Bernenſis præfatio, qua libellum ſuũ de vita Nicolaj eodem jam nominato anno conſcriptum, vt infra pluribus tradam, Principi huic Nicolaj amantiſſimo dedicauit, vbi inter alia

eſt de hoc viro Dei integrum, quod vocant, Officium, qualia de præſtantioribus cœli incolis quotidie à Clero catholico decantari recitariúe ſolent, quod cùm maximopere ad viri Dei commendationem totū faciat, totum tamen huc transferre nimis longum viſum eſt. Spero interim Lectori minimè moleſtum futurum, ſi ex eo officio ſimplicem ei antiquitatem, ac ſincerum affectum authoris erga hunc eremitam vel extremis labris delibandum propinem, id quod deſcripto vno alteroúe hymno ad calcem totius operis agam, vnâ item alterâue ſuffragij formulâ, qua Deū in hoc viro Dei honorauit atque inuocauit.

Fuit autem Nicolaus etiam poſt obitum ſuum non plebeijs tantùm, ſed etiam principibus viris in ſummo pretio ac honore. Illuſtriſſimus certè

ac

ac Reuerendiſſimus S. Rom. Imperij Princeps Matthæus Schinerus Sedunenſis Pontifex ac Valleſiæ Præfectus &c. qui anno milleſimo quingenteſimo nono inter purpuratos Patres Romæ cooptatus eſt, cuius eximias laudes, Paulus Iouius inſignis hiſtoricus tom. 1. lib. 11. fuſius exequitur, is, inquam pius Princeps pio religioſoque prorſus affectu in hunc virū Dej ferebatur, id quod præclarè teſtatum facit, eius tum liberalitas, quâ noui templi ædificium juxta Nicolai aſceterium anno milleſimo quingenteſimo primo, vt dixi, erigi cæptum, ipſe ſuis impenſis cumprimis promouit, tum etiam Henrici Lupuli Canonici Bernenſis præfatio, qua libellum ſuū de vita Nicolaj eodem jam nominato anno conſcriptum, vt infra pluribus tradam, Principi huic Nicolaj amantiſſimo dedicauit, vbi inter alia

eum his affatur: *Cùm etiam me minimè lateat, quanta non ſolùm ad hunc Nicolaum atq; totam illius propaginem, ſed & ad omnes Vnderuualdenſes ciues affectione mouearis, eum libellum, ornatiſsime Princeps, tuæ excellenti dignitati ſupplex & offero & dedico; non vt incultum verborum contextum tuæ politiſsimæ cenſuræ vllâ parte placiturum inſaniam, ſed quo intermiſsis nonnunquam maioribus negotijs, tam Sancti viri probatiſsimos mores lectitando fatigatas interim vires recolligas, atq; ipſa hiſtoria proprij authoris robore parum ſuffulta tanti iudicis caſtigationem ſubiens à detractorum calumnijs minus explodatur.* Hæc Lupulus ad illum Principem.

Inter alios etiam Primates qui Nicolai ſepulcrum religioſe inuiſerunt, fuit Carolus Borromæus Archiepiſcopus Mediolanenſis ac S. Romanæ

Eccleſiæ Cardinalis, vir ille ſanctimoniæ ac prodigiorum famâ toto orbe decantatiſſimus, qui anno ſeptuageſimo ſupra milleſimum quingenteſimum Saxellam venit, magnaq; animi corporiſue demiſſione ad viri Dei Mauſolæū procumbens preces ſuas ad Deum ſupplex profudit, atq; ex eo tempore quamdiu ſuperſtes fuit, ſingularem ſe Heluetiorum Patronum ac Patrem exhibens, omnes animi conatus in eorum ſalutem obnixe impēdit, vt eius acta publicis tabulis ſignata abunde declarant. Nec dubiū eſt, quin etiam poſtquam hîc eſſe deſijt, Heluetiæ tamen vnâ cum Nicolao, quem vnice, vt dixi, coluit, Patronus eſſe nunquam deſierit. Ferunt hunc eundem Sanctum virum conſpectâ Nicolai icone publice profeſſum eſſe, iudicare ſe eximiæ vtiq; ſanctitatis hunc virum fuiſſe, quem etiā

itera-

iteratò viſere in Subſiluania jam decrêrat, niſi præmatura mors iter ipſi intercidiſſet.

Sereniſſimus Auſtriæ Archidux Sigiſmundus, apud quem ſupra memorauimus magno loco ac honore Nicolaum fuiſſe, vbi de eius obitu nuncium accepit, centum Sacerdotum Sacrificijs eius pijs Manibus parentauit, non quod, vt ipſe fatebatur, tali eum ſubſidio in pœnis egere crederet, ſed vt ſuum erga eum amorē, atque exiſtimationem, quam de ipſo conceperat, etiam poſt eius fata teſtatam faceret.

Cæterorum Principum illuſtriūque virorum nihil attinet longum catalogum attexere, qui ex omnibus Europæ partibus longis itineribus Nicolai tumulum interuiſere, ſupplices ei accidere, magniſq; muneribus templo oblatis, ſuam in eum pietatē

hacte-

hactenus teſtari voluerunt, cum eo vel in hunc diem nihil communius ſit, nihilq́; frequentius; ad alia igitur eius ſanctimoniæ teſtimonia nunc gradum faciemus.

CAPVT IV.

De Nicolai canonizatione quid hactenus actum ſit.

VIxdum Nicolaus mortali poſitâ ſarcinâ ad ſuperos in cœlum euolârat, cùm multus jam paſſim rumor de eius ſolenni ac publico inter Diuos cultu ac veneratione ſpargi cæptus eſt, id quod ex eo vel maximè fit manifeſtum, quia eo ipſo tempore preces de illo horariæ, quarum jam ſupra memini, à magni nominis ac religionis authore compoſitę ac vulgatæ ſunt, quas nō niſi ijs Diuis perſolui certum eſt, quos ſuprema authoritas colendos eſſe decreuerit.

Verùm

Verùm, vt ego quidem reor, iniqui-
tas temporum obſtitit, quo minus
res tanti momenti, vti par erat, vrge-
retur; & quamuis tum Romæ, tum
etiam Tridenti magni illius Concilij
tempore multa eius negotij mentio
ſæpe incideret, grauiſſimæ tamen Ec-
cleſiæ calamitates, quæ quotidie no-
uæ incidebat, quorum intererat ani-
mos adeò aliò auocârunt, vt quæ in-
ter priuatos parietes de hac re diſce-
ptata fuerant, in publicum vrgeri, &
ad Sedem Apoſtolicam deuolui non
poſſent; atq; ita res hæc ad alterum
vſq; ſæculum à viri Dei obitu dilata
eſt, nam circa annum deniq; milleſi-
mum quingenteſimum nonageſi-
mum inſtinctu Illuſtriſſimi ac Reue-
rendiſſimi Domini D. Octauij Para-
uicini Epiſcopi Alexandrini S. Rom.
Eccleſiæ Cardinalis, atq; ad Heluetij-
os eo tempore Legati Pontificij,
Comitia

Comitia Catholicorum Cantonum in Subſiluaniam eam ob rem indicta ſunt, vbi communi conſilio concluſum, in ſanctam Nicolai vitã ſolerter inquirendum, omnia in tabulas publicas referenda, teſtibuſque omni exceptione maioribus ſtabilienda, itaque ad pedes Summi Pontificis conſignanda eſſe. Deinde ſolenni ſupplicatione ordinata, ipſi ad Comitia collecti Heluetiorum Proceres ſequente omnium Ordinum ingenti multitudine, ex Sarnenſi oppido ad ædem Saxellenſem proceſſêre, ibiq; ad tantum opus imploratâ diuinâ ope, ac re diuinâ celeberrime peractâ eodem ordine, vnde abierãt, rediêre: lectis denique ex omni Subſiluania quindecemuiris fide, religione atq; authoritate præſtantibus ad hoc negotium pręfecere Petrum Embergerum pro tempore Lucernæ Canoni-

cum,ac poſtea Beronæ Præpoſitum; Iacobum Kruſium Rectorem Collegij Societatis IESV Lucernæ, & Rẽvuardum Cyſatum ſeniorem, Notarium Apoſtolicum,S. Lateranenſis Palatij Comitem,Equitem auratum, atq; Reip. Lucernenſis Archigrammateum,quibus mãdârunt,fide publicâ omnia tractare,diem dicere, conuocare quos vellẽt,ſingulis aures dare, ſcrutari,juſiurandum exigere, ac deniq; nihil omittere quod pertineret ad fidem faciendã ijs, quæ hactenus de vita, morte ac miraculis Nicolai ſiue famâ ſiue ſcripto vulgata fuiſſẽt, aut recenter indagari poſſent. Solutis Comitijs,ij, quibus negotium datũ,illnd ſine dilatione aggreſſi ſunt, menſe ſcilicet inſequentis anni primo,vbi auditi cum primis ij, quorũ vel parentes vel ſanguine proxime juncti Nicolaum in eremo quõdam

&

& viderant ſæpius, & cum eo collo- cuti, teſtes oculati eius innocentiæ ac ſanctimoniæ fuerant. Narrabant illi ea, quæ hactenus de viro Sancto in chartas congeſſimus, ſimplici ſanctâ- que fide, quæq; enumeraſſent, datis dextris confirmabant, qui ritus ijs locis iuriſiurandi vim obtinet. Ac- ceſſere deinde plures alij longo ordi- ne, qui prodigioſa beneficia viri Dei ope ſibi ſuiſq; impetrata eadem fide teſtabantur, quibus referendis paulò infra ſuus erit locus. Exacti plures in eo examine dies, relata omnia in ta- bulas, ac publico Procerum Subſil- uaniæ addito decreto ſtabilita & ro- borata ſunt. Renvvardus verò Cyſa- tus, quem ſupra nominaui, Notarius Apoſtolicus, quæ probatâ fide adno- nata fuerant, in compendiũ breuẽq; commentarium retulit, vt ipſe de ſe teſtatur his verbis: *Peracto deniq; &*

concluſo præſenti actu ac proceſſu, modo & formâ, quibus ſupra cum omnibus clauſulis & ſolennitatibus adhac requiſitis & neceſſarijs, omnia per me infraſcriptum Notarium in notam ſumpta, & fideliter præſenti hoc libello comprehenſa fuerunt, præſentibus, venerandis religioſis ac perdoctis viris DD. Ioanne Molitore Artium & Philoſophiæ Magiſtro, Parocho Lucernenſi, ac venerabilis Beronenſis Collegij Canonico, & P. Martino Leubenſtein ſupra memoratæ laudabilis Societatis IESV *Collegij Lucernenſis Sacerdote, teſtibus ad hoc ſpecialiter vocatis & requiſitis. Qui quidē actus & proceſſus in hoc præſens inſtrumentum & præſentem hanc formam ad petitionē præmemoratorum Dominorū Vndervualdēſium redactus & ipſorum Dominorum examinatorum, qui eundē actum ac proceſſum ſolito iuramento proprijs manibus tactis Sacroſanctis Dei*

Euan-

Euangelijs, ſuarumq́ dictarum manuũ, nec non teſtium & mei Notarij publici ſubſequenter nominati ſubſignatione roboratus & confirmatus fuit, in ædibus præfati Collegij Societatis IESV Lucernæ, Calendis Februarij, anno reparatæ ſalutis 1591.

Subſcripſere hiſce omnibus, quos ſupra nominaui, Inquiſitores, ac iureiurando teſtati ſunt, nihil in hunc actum doli mali, fraudisúe irrepſiſſe, ſed ſanctâ ſinceraque fide, quantum humanitùs fieri potuit, negotium ſuſceptum atq; expeditum eſſe. Acta deniq; omnia in commentarium, vt dixi, relata concludit hic epilogus: *Ex hac igitur breui & veriſſima relatione vitæ & miraculorum tanti viri Sanctiſſimus Dominus, Dominus Papa colligere poterit, quid catholicæ Heluetiæ votis, quid totius populi ſententiæ, & tot probatorum hominum teſtimonijs*

de

de admirabili huius noſtri Nicolai abſtinentia, & vitæ ſanctimonia, déque euidentibus, & in vita, & poſt mortem miraculis, quid deniq; horum temporum neceſſitatibus ad catholicæ pietatis & fidei in hiſcé regionibus catholicæ Heluetiæ amplificationem debeat. Quare Potentes ac Clariſſimi Domini Cantonũ ſiue Pagorum Heluetiorum Catholicorũ humilibus precibus per Legatos ſuos deputatos à ſua ſanctitate contendunt, vt intuitu huius viri, & tot fidelium pientiſſimis votis annuendo, præmiſſis diligenter inquiſitis & exploratis, ad eiuſdem conſecrationem & canonizationem procedere dignetur, ne, quem iam Deus in cœleſti gloriâ Sanctorum choro dignum feciſſe pluribus ac manifeſtis indicijs & miraculis oſtendit, in terris debito Sanctorum honore defraudetur.

Misêre Siluani Romam Legatos viros illuſtres Melchiorem Luſſium & Mel-

Melchiorem in Campo, vtrumque equitem auratũ, ac Siluaniæ vtriusq; Conſulem, quorum prior etiam catholicorum Cantonum ad Conciliũ Tridentinum Orator fuerat. Suſcepit illos peramanter Pontifex Gregorius quartus decimus eiuſcé nominis, Luſſium præſertim, quẽ jam Tridenti nôſſe cæperat, magnamq; illis ſpem fecit liberaliter obtinendi, quod piè religioſeque petijſſent. Et certè ſpes hæc illos non feſelliſſet, niſi mors interueniens promptiſſimum in hãc rem Pontificem viuis ſubtraxiſſet. Itaq; negotium denuò reiectum eſt in annum viceſimum primum ſupra milleſimum ſexcenteſimum, quo ſuapte ſponte Congregatio, quæ Rituum appellatur, eò quod prior illa inquiſitio requiſitis nonnullis ſolennitatibus caruiſſet, annuente Pontifice Max. Gregorio decimo quinto

decreuit, de nouo inquirendum in vitam, mores, ac miracula Nicolaj, quod decretum, Pontifice breui ex humanis ſublato, S. D. N. Vrbanus octauus modernus Pontifex catholicorum Cantonum rogatu nõ modo confirmauit, verùm etiã proprijs ad eoſdẽCantones datis literis abundè demonſtrauit, quo animo erga Nicolaum ſit, quantúmue piorum in hoc negotio hominũ deſiderio ſatisfacere cupiat. Literæ eius ſic habent.

VRBANVS PAPA VIII.

DILECTIS FILIIS SCVLTETIS, Lantammannis, & Senatui octo Pagorũ Heluetiorum, Lucernæ, Vraniæ, Suitij, Subſiluaniæ, Tugij, Friburgi, Solodori, & Abbatis Cellæ, Eccleſiaſticæ libertatis defenſoribus.

Dilecti filij; Salutem & Apoſtolicã benedictionem. Sanctorum cultus,

tus, non ſolùm Chriſtianæ pietatis officium, ſed etiam principatûs omnis propugnaculum; ſi enim cum Chriſto regnantes iudicant nationes, & dominãtur populis, atq; eos potiſſimũ cœleſtibus beneficijs muniunt, à quibus in ſe omnipotentis Maieſtatis gloriam coli gaudẽt. Quare in Alpes veſtras videmini elicere auxilia Angelorum, & patrocinia Sanctorum, dum cœleſtes honores, & radiata diademata petitis Nicolao de Flue Vndervualdenſi, quẽ ſanctimonia in eremo creditur educâſſe cœlo. Grande hoc Heluetiæ gentis decus, non modo quærere in acie trophæa Regibus, & cuſtodire in ſtationibus Principatus, ſed etiam in caſtris Chriſtianæ pœnitentiæ vim cœlo inferre, & mereri triumphos beatitudinis. Tam pia nationis fortiſſimæ vota pronis auribus excepimus. Quare expectamus Eremitæ Nicolai tum mores, tum miracula publicis con-

ſignata monumentis, vt cæleſte hoc negotium ſolitis pietatis ac prudentia conſilijs perpendere Pontificia authoritas quamprimum poſſit. Orabimus autem illum, qui Sanctorum principatū tenet, vt id tam graui in deliberatione decernere Nobis præcipiat, quod catholicæ Eccleſiæ ſalutare ſit, & Heluetio Nomini glorioſum, Vobiſq; Apoſtolicam benedictionē impartimur. Datum Romæ apud S. Mariam Maiorem, ſub annulo Piſcatoris, die 13. *Septembris,* 1625. *Pontificatûs Noſtri anno ſecundo.*

Io. Ciampolus.

His acceptis à Pontifice literis quibus mandatum eſt ab eodem Pontifice, illo adhuc anno ad nouā eamq; poſtremam inquiſitionem proceſſerunt, idque per quam ſolertiſſimè accurârunt, vt eorū nihil prætermitterēt, quòd vniuerſalis Eccleſiæ conſuetudo, tantiq; negotij magnitudo exi-

exigere videretur. Atq; hic demum proceſſus ſolenni conſuetaq; formâ confectus Romæ acceptus approbatuſq; dicitur ab his, quorum intereſt de huiuſcemodi negotijs diſquirere, ac pronuntiare, adeò vt jam ſupereſſe aliud nihil videatur, quàm vt tãto negotio extrema denique Summi Pontificis authoritas ac manus imponatur, quod propediem fore ſperamus.

CAPVT V.

Vita Nicolai iam olim à varijs conſcripta.

VITAM Nicolai primus omniũ, cõpendiosè tamen conſcripſit Reuerendus & Doctiſſimus D. Henricus de Gundelfingen artium & Philoſophiæ Doctor, ampliſſimiq; Collegij Beronenſis in Heluetia Canonicus, eamque inclyto Lucernenſium

Senatui altero poſt obitum viri Dei anno dedicauit. Titulus libello præfixus eſt; *Nicolai Vndervaldenſis Heremitæ præconizatio.* Ipſius verò opuſculi exordium, quia virum Dei non parum commendat, placuit hîc deſcriptum oculis tuis Lector ſubijcere: ſic ergo orditur: *Qui omnia in ſolâ virtute poſita eſſe iudicârunt, quæ ad benè pertinent, beateq; viuendum, hi mihi ſenſiſſe temerè nihil videri ſolent. Nam quid eſt in corpore aut fortunâ ipſâ, quam vocant, aut bonum, aut expetendum, ſi honeſtate vacet? Id certè ſolum, quod honeſtum eſt & ſecundùm virtutem, bonum cenſeri oportere, non ſolùm Stoici verbo vſurpârunt, ſed longè magis re etiam Frater Nicolaus de Saxelen Vnderuualdiæ religioſiſſimus declarauit. Quid enim Nicolaus noſter aut cogitauit, locutus eſt, aut egit, quod non ex media virtute ac religione proficiſca-*

ciſcatur? Qui, ſi vel in corporis vel in fortunæ bonis commodiſq; præclarum quiddam aut præcipuum poſitum eſſe arbitratus fuiſſet, tũ quieti voluptatiq; ſtuduiſſet, tum cumulandis diuitijs poſt ſe liberis vxoriq; ſuæ relictis. A quibus omnibus ita abhorruit, vt nihil à ſe magis alienum exiſtimârit, quàm diuitiarũ ineptum ſtudium. Nouit ſanè Frater Nicolaus Heremita noſter religioſiſſimus, iſtiuſmodi omnia eſſe ſeruilia, & animi ingenui excelſoq; indigna, intellexit eum hominem qui extrinſecus ſit, interiori homini obtemperare parereq; debere, huius autem eſſe ita imperare, vt ratio intellectuſq; præſcribit. His enim duobus quaſi luminibus mentem humanã omnia aſpicere, omnia videre, omnia dilucidè cernere, ſiue ea ſint tẽporis, ſeu æternitatis, ſiue ſint in mundo, ſeu ſupra mundum. Itaq; deſinant mirari, ſi imperiti rerum aliqui fortaſſe cœperint cur

Nicolaus Heremita quum primum ſolitariam anachoriticamq́; vitam cum cōſenſu conthoralis ſuæ quæſiuerit, ad nihil aliud magis animum conuerterit, quam ad reſtaurandam heremiticam religionem, ab Anthonio, Paulo, alijsq́; Patribus inſtitutā penitus iam iam oppreſſā. Sciebat ſanè Nicolaus ſe natum eſſe non ſibi ſoli, ſed multò magis etiam heremiticæ religioni, ſuæq́; animæ ſaluti, alijsq́; heremitis exemplo: cuius ærumnoſam oppreſſionem pati diutius aliorum Heremitarum deſidia, exiſtimabat nō minus pernicioſum ac funeſtū, quàm indignū & dedecoroſum. In primis quare quem morari circa conthoralem, liberosq́; ſuos educare oportebat, in tanta corporis validitate & permoleſta uxoris viduitate; id non modo neglexit, ſed etiam contempſit, cùm ſatis diuitiarum eis reliquerit, nihilq́; niſi peram & baculum ſecum receperit &c. Hæc ille; quibus deinde ſub-

ſubiungit ea pleraq; quę nos de ortu, vitâ, obituúe viri DEI jam expoſuimus.

Eodem ipſo etiam anno, eiuſcé ſcilicet decimi quarti à Chriſto ſæculi octogeſimo octauo, qui mortem viri Dei ſecutus eſt, ciuis quidam Norinbergenſis, Nicolai eiuſq; prodigiorũ famâ excitus, Subſiluaniæ in rem præſentem venit; quæq; ipſe cõpertiſſima de eo habere potuit, propriâ manu ac ſimplici ſtylo in mēbranas retulit; quorum exemplum etiamnũ inter monumenta Saxellenſia ſupereſt. Conſtat itē illo ipſo jam tempore maiorum authoritate certos fuiſſe tabelliones conſtitutos, qui non niſi teſtatiſſima ac iureiurando ſtabilita de viro Dei in illa monimenta referrent. Tertius inter Nicolaj Biographos locus debetur Henrico Lupulo Bernæ Nuithonum Canonico, viro

ætate ſuâ eruditionis virtutiſq; laude claro, magnæq; apud Heluetios exiſtimationis; dicauit hic induſtrium laborem ſuum Matthęo Sedunenſiũ Antiſtiti, de quo ſuperius facta eſt mentio. Eidem verò libello ſuo non ineleganti procemio præluſit, quod cùm egregiè faciat ad eius hiſtoriæ confirmationem, placuit verbatim deſcribere.

Henrici Lupuli Bernenſis in B. Nicolai de Saxo vitam ad Underualdenſes Ciues præfatiuncula.

QVVM ea per vos mihi, Underualdenſes Viri, primùm iniungeretur prouincia, vt in excudenda ſeriatim Diui veſtri Nicolai vita diligẽtius elaborarem, fore nonnullos ſubuerebar, qui vel ignoti authoris eiuſq; cæcutiente vſi calamo, nomen, vel inaudita his noſtris

ſtris ſæculis Hiſtoriæ nouitatem abhorrentes noſtrum potius (vt eſt inuidentiũ latratus) calumniarentur quàm approbarent inſtitutum. Eoq; fiebat vt me inuitum atq; tardum iniuncto iam operi accingerem. Verùm vbi mentem paſrumper domeſticis ereptã curis quiete iius collegiſſem, intellexi ſanè res geſtas nullius cenſendas momenti, ſi ſcriptorum duntaxat innixæ viribus atramento fidem cogantur mendicare. Vnde meo quidem iudicio veritas ipſa ſufficientiſſimam ſibi ſuo iure vſurpat autoritatẽ. Nihilq; refert dum vera ſcribat ignotus Author, elegantiſsimo Aurelij Auguſtini adſtipulante elogio: Fiat, inquientis, ipſa veritas, authoritas, ſinè qua nec valet authoritas. Neque adeo ipſa inſolita eſt hiſtoria, vt cuiquam fidelium veniat reſpuenda, cùm & eiuſmodi religionis ac abſtinentiæ quamplurimos non ſolũ virilis ſed etiam muliebris ſexus, fuiſſe

de admirabili huius noſtri Nicolai abſtinentia, & vitæ ſanctimonia, déque euidentibus, & in vita, & poſt mortem miraculis, quid deniq; horum temporum neceſſitatibus ad catholicæ pietatis & fidei in hiſcé regionibus catholicæ Heluetiæ amplificationem debeat. Quare Potentes ac Clariſſimi Domini Cantonũ ſiue Pagorum Heluetiorum Catholicorũ humilibus precibus per Legatos ſuos deputatos à ſua ſanctitate contendunt, vt intuitu huius viri, & tot fidelium pientiſſmis votis annuendo, præmiſſis diligenter inquiſitis & exploratis, ad eiuſdem conſecrationem & canonizationem procedere dignetur, ne, quem iam Deus in cœleſti gloriâ Sanctorum choro dignum feciſſe pluribus ac manifeſtis indicijs & miraculis oſtendit, in terris debito Sanctorum honore defraudetur.
Misêre Siluani Romam Legatos viros illuſtres Melchiorem Luſſium & Mel-

Melchiorem in Campo, vtrumque equitem auratū, ac Siluaniæ vtriusq; Conſulem, quorum prior etiam catholicorum Cantonum ad Conciliū Tridentinum Orator fuerat. Suſcepit illos peramanter Pontifex Gregorius quartus decimus eiuſcé nominis, Luſſium præſertim, quē jam Tridenti nôſſe cæperat, magnamq́; illis ſpem fecit liberaliter obtinendi, quod piè religioſeq́ue petijſſent. Et certè ſpes hæc illos non fefelliſſet, niſi mors interueniens promptiſſimum in hāc rem Pontificem viuis ſubtraxiſſet. Itaq́; negotium denuò reiectum eſt in annum viceſimum primum ſupra milleſimum ſexcenteſimum, quo ſuapte ſponte Congregatio, quæ Rituum appellatur, eò quod prior illa inquiſitio requiſitis nonnullis ſolennitatibus caruiſſet, annuente Pontifice Max. Gregorio decimo quinto

decreuit, de nouo inquirendum in vitam, mores, ac miracula Nicolaj, quod decretum, Pontifice breui ex humanis ſublato, S. D. N. Vrbanus octauus modernus Pontifex catholicorum Cantonum rogatu nō modo confirmauit, verùm etiā proprijs ad eoſdē Cantones datis literis abundè demonſtrauit, quo animo erga Nicolaum ſit, quantùmue piorum in hoc negotio hominū deſiderio ſatisfacere cupiat, Literæ eius ſic habent.

VRBANVS PAPA VIII.

DILECTIS FILIIS SCVLTETIS, Lantammannis, & Senatui octo Pagorū Heluetiorum, Lucernæ, Vraniæ, Suitij, Subſiluaniæ, Tugij, Friburgi, Solodori, & Abbatis Cellæ, Eccleſiaſticæ libertatis defenſoribus.

DIlecti filij, Salutem & Apoſtolicā benedictionem. Sanctorum cultus,

tus, non ſolùm Chriſtianæ pietatis officium, ſed etiam principatûs omnis propugnaculum; ſi enim cum Chriſto regnantes iudicant nationes, & dominãtur populis, atq; eos potiſſimũ cœleſtibus beneficijs muniunt, à quibus in ſe omnipotentis Maieſtatis gloriam coli gaudẽt. Quare in Alpes veſtras videmini elicere auxilia Angelorum, & patrocinia Sanctorum, dum cœleſtes honores, & radiata diademata petitis Nicolao de Flue Vndervualdenſi, quẽ ſanctimonia in eremo creditur educâſſe cœlo. Grande hoc Heluetiæ gentis decus, non modo quærere in acie trophæa Regibus, & cuſtodire in ſtationibus Principatus, ſed etiam in caſtris Chriſtianæ pœnitentiæ vim cœlo inferre, & mereri triumphos beatitudinis. Tam pia nationis fortiſſimæ vota pronis auribus excepimus. Quare expectamus Eremitæ Nicolai tum mores, tum miracula publicis con-

ſignata monumentis, vt cæleſte hoc negotium ſolitis pietatis ac prudentiæ conſilijs perpendere Pontificia authoritas quamprimum poſſit. Orabimus autem illum, qui Sanctorum principatū tenet, vt id tam graui in deliberatione decernere Nobis præcipiat, quod catholicæ Eccleſiæ ſalutare ſit, & Heluetio Nomini glorioſum, Vobisq; Apoſtolicam benedictionē impartimur. Datum Romæ apud S. Mariam Maiorem, ſub annulo Piſcatoris, die 13. *Septembris*, 1625. *Pontificatûs Noſtri anno ſecundo.*

Io. Ciampolus.

His acceptis à Pontifice literis quibus mandatum eſt ab eodem Pontifice, illo adhuc anno ad nouā eamq; poſtremam inquiſitionem proceſſerunt, idque per quam ſolertiſſimè accurârunt, vt eorū nihil prætermitterēt, quod vniuerſalis Eccleſiæ conſuetudo, tantiq; negotij magnitudo exi-

exigere videretur. Atq; hic demum proceſſus ſolenni conſuetaq; formâ confectus Romæ acceptus approbatuſq; dicitur ab his, quorum intereſt de huiuſcemodi negotijs diſquirere, ac pronuntiare, adeò vt jam ſupereſſe aliud nihil videatur, quàm vt tãto negotio extrema denique Summi Pontificis authoritas ac manus imponatur, quod propediem fore ſperamus.

CAPVT V.

Vita Nicolai iam olim à varijs conſcripta.

VITAM Nicolai primus omniũ, cõpendiosè tamen conſcripſit Reuerendus & Doctiſſimus D. Henricus de Gundelfingen artium & Philoſophiæ Doctor, ampliſſimiq; Collegij Beronenſis in Heluetia Canonicus, eamque inclyto Lucernenſium

Senatui altero poſt obitum viri Dei anno dedicauit. Titulus libello præfixus eſt; *Nicolai Vndervaldenſis Heremitæ præconizatio.* Ipſius verò opuſculi exordium, quia virum Dei non parum commendat, placuit hîc deſcriptum oculis tuis Lector ſubijcere: ſic ergo orditur: *Qui omnia in ſolâ virtute poſita eſſe iudicârunt, quæ ad benè pertinent, beatéq; viuendum, hi mihi ſenſiſſe temerè nihil videri ſolent. Nam quid eſt in corpore aut fortunâ ipſâ, quam vocant, aut bonum, aut expetendum, ſi honeſtate vacet? Id certè ſolum, quod honeſtum eſt & ſecundùm virtutem, bonum cenſeri oportere, non ſolùm Stoici verbo vſurpârunt, ſed longè magis re etiam Frater Nicolaus de Saxelen Vndervualdiæ religioſiſſimus declarauit. Quid enim Nicolaus noſter aut cogitauit, locutus eſt, aut egit, quod non ex media virtute ac religione proficiſca-*

ciſcatur? Qui, ſi vel in corporis vel in fortunæ bonis commodisq́ præclarum quiddam aut præcipuum poſitum eſſe arbitratus fuiſſet, tū quieti voluptatiq́ ſtuduiſſet, tum cumulandis diuitijs poſt ſe liberis vxoriq́ ſuæ relictis. A quibus omnibus ita abhorruit, vt nihil à ſe magis alienum exiſtimârit, quàm diuitiarū ineptum ſtudium. Nouit ſanè Frater Nicolaus Heremita noſter religioſiſſimus, iſtiuſmodi omnia eſſe ſeruilia, & animo ingenii excelſoq́ indigna, intellexit eum hominem qui extrinſecus ſit, interiori homini obtemperare pareréq́ debere, huius autem eſſe ita imperare, vt ratio intellectusq́ præſcribit. His enim duobus quaſi luminibus mentem humanā omnia aſpicere, omnia videre, omnia dilucidè cernere, ſiue ea ſint tēporis, ſeu æternitatis, ſiue ſint in mundo, ſeu ſupra mundum. Itaq́ deſinant mirari, ſi imperiti rerum aliqui fortaſſe cœperint cur

Nicolaus Heremita quum primum ſolitariam anachoriticamq́; vitam cum cõſenſu conthoralis ſuæ quæſiuerit, ad nihil aliud magis animum conuerterit, quam ad reſtaurandam heremiticam religionem, ab Anthonio, Paulo, alijsq́; Patribus inſtitutã penitus iam iam oppreſſã. Sciebat ſanè Nicolaus ſe natum eſſe non ſibi ſoli, ſed multò magis etiam heremiticæ religioni, ſuæq́; animæ ſaluti, alijsq́; heremitis exemplo: cuius ærumnoſam oppreſſionem pati diutius aliorum Heremitarum deſidia, exiſtimabat nõ minus perniciosum ac funeſtũ, quàm indignũ & dedecoroſum. In primis quare quem morari circa conthoralem, liberosq́; ſuos educare oportebat, in tanta corporis validitate & permoleſta vxoris viduitate, id non modo neglexit, ſed etiam contempſit, cùm ſatis diuitiarum eis reliquerit; nihilq́; niſi peram & baculum ſecum receperit &c. Hæc ille; quibus deinde ſub-

ſubiungit ea pleraq; quę nos de ortu, vitâ, obituúe viri Dei jam expoſuimus.

Eodem ipſo etiam anno, eiuſcé ſcilicet decimi quarti à Chriſto ſæculi octogeſimo octauo, qui mortem viri Dei ſecutus eſt, ciuis quidam Norinbergenſis, Nicolai eiuſq; prodigiorũ famâ excitus, Subſiluaniæ in rem præſentem venit, quæq; ipſe cõpertiſſima de eo habere potuit, propriâ manu ac ſimplici ſtylo in mẽbranas retulit; quorum exemplum etiamnũ inter monumenta Saxellenſia ſupereſt. Conſtat itẽ illo ipſo jam tempore maiorum authoritate certos fuiſſe tabelliones conſtitutos, qui non niſi teſtatiſſima ac jureiurando ſtabilita de viro Dei in illa monimenta referrent. Tertius inter Nicolaj Biographos locus debetur Henrico Lupulo Bernæ Nuithonum Canonico, viro

ſtris ſæculis Hiſtoriæ nouitatem abhorrentes noſtrum potius (vt eſt inuidentiũ latratus) calumniarentur quàm approbarent inſtitutum. Eoq; fiebat vt me inuitum atq; tardum iniuncto iam operi accingerem. Verùm vbi mentem paſrumper domeſticis ereptũ curis quietius collegiſſem, intellexi ſanè res geſtas nullius cenſendas momenti, ſi ſcriptorum duntaxat innixæ viribus atramento fidem cogantur mendicare. Vnde meo quidem iudicio veritas ipſa ſufficientiſſimam ſibi ſuo iure vſurpat autoritatē. Nihilq; refert dum vera ſcribat ignotus Author, elegantiſſimo Aurelij Auguſtini adſtipulante elogio: Fiat, inquientis, ipſa veritas, authoritas, ſinè qua nec valet authoritas. Neque adeo ipſa inſolita eſt hiſtoria, vt cuiquam fidelium veniat reſpuenda, cùm & eiuſmodi religionis ac abſtinentiæ quamplurimos non ſolũ virilis ſed etiam muliebris ſexus, fuiſſe

prioribus illis Eccleſiæ temporibus nemo Chriſtianus ignoret. Quod ſi fortè rarius noſtræ nunc eueniat ætati, non id benigniſſimi atq; optimi Conditoris tenacitati, qui volentibus affluenter elargitur, ſed noſtræ potius inueteratæ malitia, qua boni ſimul cum malis affligũtur, venit imputandum. Quapropter audacior factus volui demum veſtræ morem gerere petitioni, eaq́; vt ita dicam, fragmenta, varijs hinc inde codicillis abſq́; ordine, fide tamen dignorum teſtimonio conquiſitis ad me nuper delata in vnam componere lectionem: quæ in multas diſſecta particulas, huius Nicolai tam ætatem, quàm etiam mores commendatiſſimos ſcrie quadã ita complecteretur, vt nihil in ſe includeret, quod non iuriſiurandi Sacramento veſtra prius opera conſtaret exploratum. Cui deinde & ipſa quibus Dei famulus hactenus claruit Miracula ſubiunxi, vt ſi qui vino (quod

& iuſtiſſimis maximè euenit) æmuli præſumpſiſſent inſultare, mortuum ſaltem Prodigijs corruſcantem perdiſcerent reuereri. Qua in re longius etiam ſumendum erat exordium, quo ipſa veſtra laudatiſſima Ciuitas, inter Heluetij fœderis partes non minima, quibusdam tamen exteris adhuc ignota regionibus Diui huius Nicolai fama eminus illuſtrata; noſtris quoq; ſcriptis, dum locum ipſum ac gentem pandimus, fidē augmentaret. Hunc igitur libellum, optimi viri, noſtri laboris primitias æquo ſuſcipite animo; quo meam in vos obſeruantiam, atque veſtræ Patriæ Speculum cunctis Vnderualdenſibus intuendum facilius poſſitis perſpicere.

Hoc exordio Lupulus Nicolaj vitam deſcripturus Siluanos alloqui voluit; addo etiam exordio perorationem, qua commentarium ſuum clauſit: *Hæc mihi, viri Vnderualdenſes,*

ſes, de Diuo patre atq; conterraneo veſtro Nicolao conſcribenda ſunt oblata. Quæ tametſi veriſſima ſint, nullam tamen temerè quid aut ineptè gloriandi, ſed amplexandæ potius & augendæ diuinæ religionis occaſionem vobis debebunt adminiſtrare. Quid enim potuit à Summo DEO veſtræ Ciuitati donari gratius, quam huius Eremitæ ditatam patrocinio, incolumem atque pacificam Remp. in tam dubijs fortunæ euentibus conſeruari? Nemini profectò ambigendum eſt, nedum ſuis conciuibus, ſed & toti Heluetio fœderi, illius interuentiones perſæpè hactenus fuiſſe ſuffragatas. Quapropter ſumma vobis videtur impendenda opera, quo cuncta tanti aduocati beneficia in Dei laudem ac veſtram ædificationem cumulatiſſimè conferatis. Quod ſi feceritis non erit cur vnquam illius vos adiutorio conqueramini deſtitutos. Reliquum eſt hoc noſtrum opuſculum

lum

lum hilari fronte atq; integro in omnes Vnderuualdenſes animo exaratum maturius per Vos diuulgari, vt & deuotæ Nicolao mentes aduerſantium (ſi qui ſint) æmulorum maledicentiam facilius occludant, & ipſi ſibi pietatis exemplar proponentes in Dei ac famuli eius obſequium ardentius inflammentur. Vbi etiam benignum lectorem velim exhortatum, ne mihi ſuccenſeat, ſi fortè ineptius aliquid, aut minus politum offenderit excidiſſe; cùm magis ad edicendam veritatem quàm in trutinando limatæ orationis labore deſudârim. Hæc Lupulus, cuius opuſculum adeò jam olim probatum acceptumq; fuit, vt etiam à fidei catholicæ hoſtibus præter morem atq; ingenium eius farinę hominum laudatum ſit, vt breui fuſius docebo.

Circa annum deinde inſtauratæ ſalutis milleſimum quingenteſimũ

vices

ſignata monumentis, vt cæleſte hoc negotium ſolitis pietatis ac prudentiæ conſilijs perpendere Pontificia authoritas quamprimum poſsit. Orabimus autem illum, qui Sanctorum principatū tenet, vt id tam graui in deliberatione decernere Nobis præcipiat, quod catholicæ Eccleſiæ ſalutare ſit, & Heluetio Nomini glorioſum, Vobiſq; Apoſtolicam benedictionē impartimur. Datum Romæ apud S. Mariam Maiorem, ſub annulo Piſcatoris, die 13. *Septembris,* 1625. *Pontificatûs Noſtri anno ſecundo.*

Io. Ciampolus.

His acceptis à Pontifice literis quibus mandatum eſt ab eodem Pontifice, illo adhuc anno ad nouā eamq; poſtremam inquiſitionem proceſſerunt, idque per quam ſolertiſſimè accurârunt, vt eorū nihil prætermitterēt, quód vniuerſalis Eccleſiæ conſuetudo, tantiq; negotij magnitudo

exi-

exigere videretur. Atq; hic demum proceſſus ſolenni conſuetaq; formâ confectus Romæ acceptus approbatuſq; dicitur ab his, quorum intereſt de huiuſcemodi negotijs diſquirere, ac pronuntiare, adeò vt jam ſupereſſe aliud nihil videatur, quàm vt tãto negotio extrema denique Summi Pontificis authoritas ac manus imponatur, quod propediem fore ſperamus.

CAPVT V.

Vita Nicolai iam olim à varijs conſcripta.

VItam Nicolai primus omniũ, cõpendiosè tamen conſcripſit R[illegible]rendus & Doctiſſimus D. Henricus de Gundelfingen artium & Philoſophiæ Doctor, ampliſſimiq; Collegij Beronenſis in Heluetia Canonicus, eamque inclyto Lucernenſium

Senatui altero poſt obitum viri Dei anno dedicauit. Titulus libello præfixus eſt; *Nicolai Vndervaldenſis Heremitæ præconizatio.* Ipſius verò opuſculi exordium, quia virum Dei non parum commendat, placuit hic deſcriptum oculis tuis Lector ſubijcere: ſic ergo orditur: *Qui omnia in ſolâ virtute poſita eſſe iudicârunt, quæ ad benè pertinent, beateq; viuendum, hi mihi ſenſiſſe temerè nihil videri ſolent. Nam quid eſt in corpore aut fortunâ ipsâ, quam vocant, aut bonum, aut expetendum, ſi honeſtate vacet? Id certè ſolum, quod honeſtum eſt & ſecundùm virtutem, bonum cenſeri oportere, non ſolùm Stoici verbo vſurpârunt, ſed longè magis re etiam Frater Nicolaus de Saxelon Vndervualdiæ religioſiſſimus declarauit. Quid enim Nicolaus noſter aut cogitauit, locutus eſt, aut egit, quod non ex media virtute ac religione proficiſca-*

ciſcatur? Qui, ſi vel in corporis vel in fortunæ bonis commodisq́ præclarum quiddam aut præcipuum poſitum eſſe arbitratus fuiſſet, tũ quieti voluptatiq́ ſtuduiſſet, tum cumulandis diuitijs poſt ſe liberis vxoriq́ ſuæ relictis. A quibus omnibus ita abhorruit, vt nihil à ſe magis alienum exiſtimârit, quàm diuitiarũ ineptum ſtudium. Nouit ſanè Frater Nicolaus Heremita noſter religioſiſſimus, iſtiuſmodi omnia eſſe ſeruilia, & animi ingenii excelſoq́ indigna, intellexit eum hominem qui extrinſecus ſit, interiori homini obtemperare pareréq́ debere, huius autem eſſe ita imperare, vt ratio intellectuſq́ præſcribit. His enim duobus quaſi luminibus mentem humanã omnia aſpicere, omnia videre, omnia dilucidè cernere, ſiue ea ſint tẽporis, ſeu æternitatis, ſiue ſint in mundo, ſeu ſupra mundum. Itaq́ deſinant mirari, ſi imperiti rerum aliqui fortaſſe cœperint cur

Nicolaus Heremita quum primum ſolitariam anachoriticamq́; vitam cum cõſenſu conthoralis ſuæ quaſiuerit, ad nihil aliud magis animum conuerterit, quam ad reſtaurandam heremiticam religionem, ab Anthonio, Paulo, alijsq́; Patribus inſtitutã penitus iam iam oppreſſã. Sciebat ſanè Nicolaus ſe natum eſſe non ſibi ſoli, ſed multò magis etiam heremiticæ religioni, ſuæq́; animæ ſaluti, alijsq́; heremitis exemplo: cuius ærumnoſam oppreſſionem pati diutius aliorum Heremitarum deſidia, exiſtimabat nõ minus perniciosſum ac funeſtũ, quàm indignũ & dedecoroſum. In primis quare quem morari circa conthoralem, liberosq́; ſuos educare oportebat, in tanta corporis validitate & permoleſta uxoris viduitate; id non modo neglexit, ſed etiam contempſit, cùm ſatis diuitiarum eis reliquerit, nihilq́; niſi peram & baculum ſecum receperit &c. Hæc ille; quibus deinde

ſub-

ſubiungit ea pleraq; quę nos de ortu, vitâ, obituúe viri DEI jam expoſuimus.

Eodem ipſo etiam anno, eiuſcé ſcilicet decimj quartj à Chriſto ſæculi octogeſimo octauo, qui mortem viri Dei ſecutus eſt, ciuis quidam Norinbergenſis, Nicolai eiuſq; prodigiorũ famâ excitus, Subſiluaniæ in rem præſentem venit, quæq; ipſe cõpertiſſima de eo habere potuit, propriâ manu ac ſimplici ſtylo in mẽbranas retulit; quorum exemplum etiamnũ inter monumenta Saxellenſia ſupereſt. Conſtat itẽ illo ipſo jam tempore maiorum authoritate certos fuiſſe tabelliones conſtitutos, qui non niſi teſtatiſſima ac jureiurando ſtabilita de viro Dei in illa monimenta referrent. Tertius inter Nicolaj Biographos locus debetur Henrico Lupulo Bernæ Nuithonum Canonico, viro

ſtris ſæculis Hiſtoriæ nouitatem abhorrentes noſtrum potius (vt eſt inuidentiũ latratus) calumniarentur quàm approbarent inſtitutum. Eoq; fiebat vt me inuitum atq; tardum iniuncto iam operi accingerem. Verùm vbi mentem paſrumper domeſticis ereptã curis quietius collegiſſem, intellexi ſanè res geſtas nullius cenſendas momenti, ſi ſcriptorum duntaxat innixæ viribus atramento fidem cogantur mendicare. Vnde meo quidem iudicio veritas ipſa ſufficientiſſimam ſibi ſuo iure vſurpat autoritatẽ. Nihilq; refert dum vera ſcribat ignotus Author, elegantiſsimo Aurelij Auguſtini adſtipulante elogio: Fiat, inquientis, ipſa veritas, authoritas, ſinè qua nec valet authoritas. Neque adeo ipſa inſolita eſt hiſtoria, vt cuiquam fidelium veniat reſpuenda, cùm & eiuſmodi religionis ac abſtinentiæ quamplurimos non ſolũ virilis ſed etiam muliebris ſexus, fuiſſe

prioribus illis Eccleſiæ temporibus nemo Chriſtianus ignoret. Quod ſi fortè rarius noſtræ nunc eueniat ætati, non id benigniſſimi atq; optimi Conditoris tenacitati, qui volentibus affluenter elargitur, ſed noſtræ potius inueteratæ malitiæ, qua boni ſimul cum malis affligũtur, venit imputandum. Quapropter audacior factus volui demum veſtræ morem gerere petitioni, eaq́; , vt ita dicam, fragmenta, varijs hinc inde codicillis abſq; ordine, fide tamen dignorum teſtimonio conquiſitis ad me nuper delata in vnam componere lectionem: quæ in multas diſſecta particulas, huius Nicolai tam ætatem, quàm etiam mores commendatiſſimos ſerie quadã ita complecteretur, vt nihil in ſe includeret, quod non iurũiurandi Sacramento veſtra prius opera conſtaret exploratum. Cui deinde & ipſa quibus Dei famulus hactenus claruit Miracula ſubiunxi, vt ſi qui vino (quod

&

& iuſtiſſimis maximè euenit) æmuli præſumpſiſſent inſultare, mortuum ſaltem Prodigijs corruſcantem perdiſcerent reuereri. Qua in re longius etiam ſumendum erat exordium, quo ipſa veſtra laudatiſſima Ciuitas, inter Heluetij fœderis partes non minima, quibusdam tamen exteris adhuc ignota regionibus Diui huius Nicolai fama eminus illuſtrata; noſtris quoq; ſcriptis, dum locum ipſum ac gentem pandimus, fidē augmentaret. Hunc igitur libellum, optimi viri, noſtri laboris primitias æquo ſuſcipite animo; quo meam in vos obſeruantiam, atque veſtræ Patriæ Speculum cunctis Vnderualdenſibus intuendum facilius poſſitis perſpicere.

Hoc exordio Lupulus Nicolaj vitam deſcripturus Siluanos alloqui voluit; addo etiam exordio perorationem, qua commentarium ſuum clauſit: *Hæc mihi, viri Vnderualden-*

lum hilari fronte atq; integro in omnes Vndervualdenſes animo exaratum maturius per Vos diuulgari, vt & deuotæ Nicolao mentes aduerſantium (ſi qui ſint) æmulorum maledicentiam facilius occludant, & ipſi ſibi pietatis exemplar proponentes in Dei ac famuli eius obſequium ardentius inflammentur. Vbi etiam benignum lectorem velim exhortatum, ne mihi ſuccenſeat, ſi fortè ineptius aliquid, aut minus politum offenderit excidiſſe; cùm magis ad edicendam veritatem quàm in trutinando limatæ orationis labore deſudârim. Hæc Lupulus, cuius opuſculum adeò jam olim probatum acceptumq; fuit, vt etiam à fidei catholicæ hoſtibus præter morem atq; ingenium eius farinę hominum laudatum ſit, vt breui fuſius docebo.

Circa annum deinde inſtauratæ ſalutis milleſimum quingenteſimũ vice-

viceſimum primũ Sebaſtianus Rhæ-
tus Sacerdos, qui noſtri Nicolai Sa-
cellum multis annis curauit, vir an-
tiquæ fidei ac ſinceritatis, etiam ipſe
eius res geſtas ex Lupulo cæteriſque
vetuſtis monimentis, vnâ cum viri
Dei ſacris, ſpirituq; plenis apophteg-
matibus & vaticinijs, in libellum cõ-
geſſit, qui hodieq; manuſcriptus in
Subſiluania apud R. D. Ioachimum
Eichorn, de quo paulòpoſt, ſuperſtes
cuſtoditur. Fuitq; adeò hic quartus
vitæ Nicolaj ſcriptor.

Huic deinde in hoc labore ſucceſ-
ſit vir integritate ac prudentiâ eximi-
Ioannes Salatus ciuis ac publicus Lu-
cernenſiũ Notarius, cuius opus anno
reparati orbis milleſimo quingente-
ſimo trigeſimo ſexto typis editum,
ac Senatui Lucernenſi dicatum eti-
amnũm extat. Commendatur eius
hiſtoria in ipſa eius libelli præfatione

his

his ſimplicibus verbis: *Atq; hæc vera eſt, authentica, Deoq; placita hiſtoria, quæ fidei Chriſtianæ Catholicæ patrocinari egregiè queat, ſcitu vtilis ac neceſſaria, nulloq; modo tegenda amplius ſilentio; exemplum pietatis, honeſtatis, ac veræ fidei, quod nemo vnquam eleuare fuit auſus, imò quod ſubuerſu & refutatu impoßibile eſt prorſus.* Hæc aliaq; plura ibi, quæ tamen lubens omitto. Et quamuis hi, quos dixi, cõmentarij copiosè ſatis prælo ſubiecti in lucem prodijſſent, tanta tamen erat erga Nicolaum in hominibus pietas ac religio, vt eius vitã legere cupientiũ feruori exempla, quamuis copioſa, minimè ſufficerent. Vnde primo ſupra ſeptuageſimum eius æui anno Vdalricus Witvvilerus Eccleſiaſtes celeberrimi Cœnobij, quod à Deiparæ Matris eremo nuncupationem ſortitur, piorũ deſideria impleturus,

ex

ex jam nominatis authoribus, quos ipſe probatos agnouit, Nicolai hiſtoriam recenter concinnauit, ac Dilingæ Sueuorum impreſſam quinque Catholicæ Heluetiæ Cantonibus eruditâ præfatione nuncupauit. Cumque ne ſic quidem omnium votis exempla illa reſpõderent, idem deinde eiúſce Monaſterij Pręſul, ac S. Romani Imp. Princeps appellatus, eandem à ſe conſcriptam hiſtoriam maximo numero recudi ſpargíue fecit; ac denique hic ipſe Princeps Illuſtriſſimus Reuerendiſſimuſq; Præſul, eo anno, quo ſupra dixi ſolenniter in Nicolai vitam inquiri cæptũ, id ipſum, quod de eo publicis tabulis ediderat, luculento teſtimonio deſignatis Cenſoribus, totiq; orbi ſtabiliuit. Et quãuis illud longiuſculum ſit, quia tamẽ & noſtræ etiam hiſtoriæ, & viro Dei authoritatem non exiguam facit,

operæ

operæ pretium viſum eſt, illud ipſum Lectori hîc deſcriptum dare. Sic habet.

F. Vdalricus Dei & Apoſtolicæ Sedis gratia Abbas celeberrimi Monaſterij ac Sacelli Diuæ Mariæ Virginis Heremitarum diuinitus conſecrati, Sacræ Apoſtolicæ Sedis immediate ſub Regula D. Benedicti, Conſtantienſis Diœceſis, prouinciæ Mogunt. &c. & Sacri Romani Imperij Princeps, omnibus Chriſti fidelibus ad notitiam ſubſcriptorum [illegible] in Chriſto ſalutem. Deum Opt. Max. iam inde ab orbe condito, ad noſtra vſque [illegible] ulcerata tempora, [illegible] ſcelerumq; pœnas, calamitates & flagella humano generi in [illegible] priuatis partibus [illegible] prius varijs miraculis, ac [illegible] ctiſſimorum cum [illegible] exemplis præmonere ſolitũ [illegible] literis hiſtorijsq; Eccleſiaſticis [illegible]

[illegible]

ex jam nominatis authoribus, quos ipſe probatos agnouit, Nicolai hiſtoriam recenter concinnauit, ac Dilingæ Sueuorum impreſſam quinque Catholicæ Heluetiæ Cantonibus eruditâ præfatione nuncupauit. Cumque ne ſic quidem omnium votis exempla illa reſpōderent, idem deinde eiúſce Monaſterij Prçſul, ac S. Romani Imp. Princeps appellatus, eandem à ſe conſcriptam hiſtoriam maximo numero recudi ſpargíue fecit; ac denique hic ipſe Princeps Illuſtriſſimus Reuerendiſſimuſq; Præſul, eo anno, quo ſupra dixi ſolenniter in Nicolaj vitam inquiri cæptū, id ipſum, quod de eo publicis tabulis ediderat, luculento teſtimonio deſignatis Cenſoribus, totiq; orbi ſtabiliuit. Et quāuis illud longiuſculum ſit, quia tamē & noſtræ etiam hiſtoriæ, & viro Dei authoritatem non exiguam facit,

operæ

operæ pretium viſum eſt, illud ipſum Lectori hîc deſcriptum dare. Sic habet.

F. Vdalricus Dei & Apoſtolicæ Sedis gratia Abbas celeberrimi Monaſterij ac Sacelli Diuæ Mariæ Virginis Heremitarum diuinitus conſecrati, Sacræ Apoſtolicæ Sedis immediati ſubditi, Ord. D. Benedicti, Conſtantienſis Diœceſis, prouinciæ Mogunt. &c. & Sacri Romani Imperij Princeps, omnibus Chriſti fidelibus ad notitiam ſubſcriptorum, æternā in Chriſto ſalutem. Deum Opt. Max. iam inde ab orbe condito, ad noſtra vſq; exulcerata tempora, cōtra ruinas, ſcelera, ſcelerumq; pœnas, calamitates & flagella humano generi in vniuerſum vel etiā priuatis partibus impendentia ipſum prius varijs miraculis, ac virorum Sanctiſſimorum cum monitis tum vitæ exemplis præmonere ſolitū fuiſſe, in ſacris literis hiſtorijsq; Eccleſiaſticis vel medi-

ocriter

ocriter verſato patebit. Protoplaſtum enim ipſemet caſus ſui, per Noë mundũ vniuerſum diluuij, per Moyſem lege data viuendi rationis, per Prophetas variarum captiuitatum & anguſtiarum, per Chriſtum & Apoſtolos eorumq́ ſequaces varios probatiſsimos hæreſum ac errorũ peſtilentiſsimorum, qui in Eccleſia Dei (id hominum peccatis extorquentibus) orituri erant, præmonuit atq; contra præmuniuit. Hinc quoſdam poſuit in Eccleſia ſua Apoſtolos, alios Prophetas, quoſdam Doctores, alios virtutes, gratias curationum alios, in ædificationem Corporis Chriſti, vt illi contra omnes nefarios in vniuerſum occurrentes hoſtium inſultus ſua non deeſſent præſidia ac munimenta. Inſtabant ſæculo poſtremo longè omnium periculoſiſsima tempora, quibus infinitis propemodum hæreſum atq; ſectarum portentis rete Petri hominum perfidia ſcindendum erat, in quo

nos

nos infeliciter admodū nati incidimus. Quo itaq; hominum iniquitatem maiorem & pericula grauiora futura Deus prouidebat, eò maiora etiam ac plura prouidere voluit malorum remedia. Supra vetera igitur, & nobis cum alijs cōmunia dedit nouum aliud & peculiare ſalutis adminiculum. Necdum enim exortis ac præ foribus inſtantibus & quæ iam inuiti videmus ac patimur, in Helvetiâ noſtrâ ac paſsim alibi funeſtiſsimis religionis Catholicæ naufragijs, naſcitur in eadem Heluetia Cantone Catholico Subſiluanienſium ſub annum Domini M CD XVII. Nicolaus de Flue, vulgò Frater Nicolaus dictus, quem Deus in matris vtero vita & morte ſpiritu prophetico, virtutibus, inuicta in fide Catholica conſtantia, miraculis item, Angelis & hominibus admirabilem pariter ac venerabilem fecit, prout eius rei multa Orthodoxi viri, qui adhuc noſtrâ memo-

moriâ in viuis extiterunt, oculati & fideliſſimi teſtes: Inſuper vitæ ipſius omnium paſsim manibus trita notiſſimaq́, manu ſcripta & prælo etiam commiſſa historia, indubitatã fidem faciunt; Fuit eius vitæ ſeries primò, quod vidi, circa annum Domini M. CD LXXXVIII. publicis typis in Ciuitate Catholica Lucerna Heluetiorum excuſa: poſtmodum deficientibus exemplaribus à plurimis bonis viris & Catholicæ Eccleſiæ coniunctiſſimis iterata ipſius editio auidè & importunè admodum tum ab alijs, tum à me etiam præfato Fratre Vdalrico Wittvuilero eius temporis prædicti Monaſterij mei Decano & Parocho inſtanter petita & exſpectata fuit. Coëgit honor Dei & viri Sancti gloria variè manifeſta, impulit ſalus patriæ publica; vt ſit demum eiusdẽ miſera ob graſſantes hæreſes ac perturbatiſſima conditio, inſtigauit rei quoq́ ipſius, tum grauitas

tum

tum veritas, deſiderijs piorum pro viribus morem gerere, donec ab alijs viris doctioribus, vel ab Eccleſia Dei aliquid præclarius aut ſublimius ederetur. Ope ergo gratiæ diuinæ, & viri juſti, cuius hiſtoriam ſcripturi eramus, patrocinio implorato, ac vetuſto admodum originali manuſcripto exemplari ex Subſiluania accepto, cum impreſſo typis unâ cum multorum fide dignorum fidis relationibus diligentiſſimè collato, cum ea per omnia in vnum conuenire, & nihil contra fidem Catholicam aut bonos mores in ſe complecti cõſpiceremus, opus aggreſſi ſumus & libellum edidimus, eumq́; nos hiſce præſentibus ediđiſſe teſtamur hoc titulo prodeuntem Verè mirabilis hiſtoria & vita, integerrimi, pij, deuoti ac nominatiſſimi Nicolai de Rupe germanicè von der Flüe *dicti, vulgò* Bruder Clauß. *Qui ſupra ſiluam in Subſiluania Heluetiorum natus eſt, re-*

Senatui altero poſt obitum viri Dei anno dedicauit. Titulus libello præfixus eſt; *Nicolai Vndervaldenſis Heremitæ præconizatio.* Ipſius verò opuſculi exordium, quia virum Dei non parum commendat, placuit hîc deſcriptum oculis tuis Lector ſubijcere: ſic ergo orditur: *Qui omnia in ſolâ virtute poſita eſſe iudicârunt, quæ ad benè pertinent, beateq́; viuendum, hi mihi ſenſiſſe temerè nihil videri ſolent. Nam quid eſt in corpore aut fortunâ ipsâ, quam vocant, aut bonum, aut expetendum, ſi honeſtate vacet? Id certè ſolum, quod honeſtum eſt & ſecundùm virtutem, bonum cenſeri oportere, non ſolùm Stoici verbo vſurpârunt, ſed longè magis re etiam Frater Nicolaus de Saxelen Vnderuualdiæ religioſiſſimus declarauit. Quid enim Nicolaus noſter aut cogitauit, locutus eſt, aut egit, quod non ex media virtute ac religione proficiſca-*

ciſcatur? Qui, ſi vel in corporis vel in fortunæ bonis commodisq́; præclarum quiddam aut præcipuum poſitum eſſe arbitratus fuiſſet, tũ quieti voluptatiq́; ſtuduiſſet, tum cumulandis diuitijs poſt ſe liberis vxoriq́; ſuæ relictis. A quibus omnibus ita abhorruit, vt nihil à ſe magis alienum exiſtimârit, quàm diuitiarũ ineptum ſtudium. Nouit ſanè Frater Nicolaus Heremita noſter religioſiſſimus, iſtiuſmodi omnia eſſe ſeruilia, & animi ingenii excelſoq́; indigna, intellexit eum hominem qui extrinſecus ſit, interiori homini obtemperare pareréq́; debere, huius autem eſſe ita imperare, vt ratio intellectusq́; praſcribit. His enim duobus quaſi luminibus mentem humanã omnia aſpicere, omnia videre, omnia dilucidè cernere, ſiue ea ſint tẽporis, ſeu æternitatis, ſiue ſint in mundo, ſeu ſupra mundum. Itaq; deſinant mirari, ſi imperiti rerum aliqui fortaſſe cæperint cur

 Nico-

Nicolaus Heremita quum primum ſolitariam anachoriticamq́; vitam cum cōſenſu conthoralis ſuæ quæſiuerit, ad nihil aliud magis animum conuerterit, quam ad reſtaurandam heremiticam religionem, ab Anthonio, Paulo, alijſq́; Patribus inſtitutā penitus iam iam oppreſſā. Sciebat ſanè Nicolaus ſe natum eſſe non ſibi ſoli, ſed multò magis etiam heremiticæ religioni, ſuæq́; animæ ſaluti, alijſq́; heremitis exemplo: cuius ærumnoſam oppreſsionem pati diutius aliorum Heremitarum deſidia, exiſtimabat nō minus pernicioſum ac funeſtū, quàm indignū & dedecoroſum. In primis quare quem morari circa conthoralem, liberoſq́; ſuos educare oportebat, in tanta corporis validitate & permoleſta uxoris viduitate; id non modo neglexit, ſed etiam contempſit, cùm ſatis diuitiarum eis reliquerit, nihilq́; niſi peram & baculum ſecum receperit &c. Hæc ille; quibus deinde

ſub-

ſubiungit ea pleraq;quę nos de ortu, vitâ, obituúe viri DEI jam expoſuimus.

Eodem ipſo etiam anno, eiuſcé ſcilicet decimj quartj à Chriſto ſæculi octogeſimo octauo, qui mortem viri Dei ſecutus eſt, ciuis quidam Norinbergenſis, Nicolai eiuſq; prodigiorũ famâ excitus, Subſiluaniæ in rem præſentem venit; quæq; ipſe cõpertiſſima de eo habere potuit, propriâ manu ac ſimplici ſtylo in mẽbranas retulit; quorum exemplum etiamnũ inter monumenta Saxellenſia ſupereſt. Conſtat itẽ illo ipſo jam tempore maiorum authoritate certos fuiſſe tabelliones conſtitutos, qui non niſi teſtatiſſima ac jureiurando ſtabilita de viro Dei in illa monimenta referrent. Tertius inter Nicolaj Biographos locus debetur Henrico Lupulo Bernæ Nuithonum Canonico, viro

ſtris ſæculis Hiſtoriæ nouitatem abhorrentes noſtrum potius (vt eſt inuidentiũ latratus) calumniarentur quàm approbarent inſtitutum. Eoq; fiebat vt me inuitum atq; tardum iniuncto iam operi accingerem. Verùm vbi mentem paurumper domeſticis ereptã curis quietius collegiſſem, intellexi ſanè res geſtas nullius cenſendas momenti, ſi ſcriptorum duntaxat innixæ viribus atramento fidem cogantur mendicare. Vnde meo quidem iudicio veritas ipſa ſufficientiſſimam ſibi ſuo iure vſurpat autoritatẽ. Nihilq; refert dum vera ſcribat ignotus Author, elegantiſſimo Aurelij Auguſtini adſtipulante elogio: Fiat, inquientis, ipſa veritas, authoritas, ſinè qua nec valet authoritas. Neque adeo ipſa inſolita eſt hiſtoria, vt cuiquam fidelium veniat reſpuenda, cùm & ciuſmodi religionis ac abſtinentiæ quamplurimos non ſolũ viriliſ ſed etiam muliebris ſexus, fuiſſe

 priori-

prioribus illis Eccleſiæ temporibus nemo Chriſtianus ignoret. Quod ſi fortè rarius noſtræ nunc eueniat ætati, non id benigniſſimi atq; optimi Conditoris tenacitati, qui volentibus affluenter elargitur, ſed noſtræ potius inueteratæ malitia, qua boni ſimul cum malis affligūtur, venit imputandum. Quapropter audacior factus volui demum veſtræ morem gerere petitioni, eaq́; ut ita dicam, fragmenta, varijs hinc inde codicillis abſq́; ordine, fide tamen dignorum teſtimonio conquiſitis ad me nuper delata in vnam componere lectionem: quæ in multas diſſecta particulas, huius Nicolai tam ætatem, quàm etiam mores commendatiſſimos ſerie quadā ita complecteretur, vt nihil in ſe includeret, quod non iuriſiurandi Sacramento veſtra prius opera conſtaret exploratum. Cui deinde & ipſa quibus Dei famulus hactenus claruit Miracula ſubiunxi, vt ſi qui vino (quod

& iuſtiſſimis maximè euenit) æmuli præſumpſiſſent inſultare, mortuum ſaltem Prodigijs corruſcantem perdiſcerent reuereri. Qua in re longius etiam ſumendum erat exordium, quo ipſa veſtra laudatiſſima Ciuitas, inter Heluetij fœderis partes non minima, quibusdam tamen exteris adhuc ignota regionibus Diui huius Nicolai fama eminus illuſtrata; noſtris quoq; ſcriptis, dum locum ipſum ac gentem pandimus, fidē augmentaret. Hunc igitur libellum, optimi viri, noſtri laboris primitias æquo ſuſcipite animo; quo meam in vos obſeruantiam, atque veſtræ Patriæ Speculum cunctis Vnderualdenſibus intuendum facilius poſſitis perſpicere.

Hoc exordio Lupulus Nicolaj vitam deſcripturus Siluanos alloqui voluit; addo etiam exordio perorationem, qua commentarium ſuum clauſit: *Hæc mihi, viri Vnderuualdenſes*

lum hilari fronte atq; integro in omnes Vndervualdenſes animo exaratum maturius per Vos diuulgari, vt & deuotæ Nicolao mentes aduerſantium (ſi qui ſint) æmulorum maledicentiam facilius occludant, & ipſi ſibi pietatis exemplar proponentes in Dei ac famuli eius obſequium ardentius inflammentur. Vbi etiam benignum lectorem velim exhortatum, ne mihi ſuccenſeat, ſi fortè ineptius aliquid, aut minus politum offenderit excidiſſe; cùm magis ad edicendam veritatem quàm in trutinando limatæ orationis labore deſudârim. Hæc Lupulus, cuius opuſculum adeò jam olim probatum acceptumq; fuit, vt etiam à fidei catholicæ hoſtibus præter morem atq; ingenium eius farinæ hominum laudatum ſit, vt breui fuſius docebo.

Circa annum deinde inſtauratæ ſalutis milleſimum quingenteſimū

vice-

viceſimum primū Sebaſtianus Rhætus Sacerdos, qui noſtri Nicolai Sacellum multis annis curauit, vir antiquæ fidei ac ſinceritatis, etiam ipſe eius res geſtas ex Lupulo cæterisque vetuſtis monimentis, vnâ cum viri Dei ſacris, ſpirituq; plenis apophtegmatibus & vaticinijs, in libellum cōgeſſit, qui hodieq; manuſcriptus in Subſiluania apud R. D. Ioachimum Eichorn, de quo paulò poſt, ſuperſtes cuſtoditur. Fuitq; adeò hic quartus vitæ Nicolaj ſcriptor.

Huic deinde in hoc labore ſucceſſit vir integritate ac prudentiâ eximius Ioannes Salatus ciuis ac publicus Lucernenſiū Notarius, cuius opus anno reparati orbis milleſimo quingenteſimo trigeſimo ſexto typis editum, ac Senatui Lucernenſi dicatum etiamnúm extat. Commendatur eius hiſtoria in ipſa eius libelli præfatione

his

his ſimplicibus verbis: *Atq; hæc vera eſt, authentica, Deoq; placita hiſtoria, quæ fidei Chriſtianæ Catholicæ patrocinari egregiè queat, ſcitu vtilis ac neceſſaria, nulloq; modo tegenda amplius ſilentio; exemplum pietatis, honeſtatis, ac veræ fidei, quod nemo vnquam eleuare fuit auſus, imò quod ſubuerſu & refutatu impoſſibile eſt prorſus.* Hæc aliaq; plura ibi, quæ tamen lubens omitto. Et quamuis hi, quos dixi, cõmentarij copioſè ſatis prælo ſubiecti in lucem prodijſſent, tanta tamen erat erga Nicolaum in hominibus pietas ac religio, vt eius vitã legere cupientiũ feruori exempla, quamuis copioſa, minimè ſufficerent. Vnde primo ſupra ſeptuageſimum eius æui anno Vdalricus Witvvilerus Eccleſiaſtes celeberrimi Cœnobij, quod à Deiparæ Matris eremo nuncupationem ſortitur, piorũ deſideria impleturus,

ex jam nominatis authoribus, quos ipſe probatos agnouit, Nicolai hiſtoriam recenter concinnauit, ac Dilingæ Sueuorum impreſſam quinque Catholicæ Heluetiæ Cantonibus eruditâ præfatione nuncupauit. Cumque ne ſic quidem omnium votis exempla illa reſpōderent, idem deinde eiúſce Monaſterij Pręſul, ac S. Romani Imp. Princeps appellatus, eandem à ſe conſcriptam hiſtoriam maximo numero recudi ſpargíue fecit; ac denique hic ipſe Princeps Illuſtriſſimus Reuerendiſſimuſq; Præſul, eo anno, quo ſupra dixi ſolenniter in Nicolaj vitam inquiri cœptū, id ipſum, quod de eo publicis tabulis ediderat, luculento teſtimonio deſignatis Cenſoribus, totiq; orbi ſtabiliuit. Et quãuis illud longiuſculum ſit, quia tamē & noſtræ etiam hiſtoriæ, & viro Dei authoritatem non exiguam facit,

operæ

operæ pretium viſum eſt, illud ipſum Lectori hîc deſcriptum dare. Sic habet.

F. Vdalricus Dei & Apoſtolicæ Sedis gratia Abbas celeberrimi Monaſterij ac Sacelli Diuæ Mariæ Virginis Heremitarum diuinitus conſecrati, Sacræ Apoſtolicæ Sedis immediati ſubditi, Ord. D. Benedicti, Conſtantienſis Diœceſis, prouinciæ Mogunt. &c. & Sacri Romani Imperij Princeps, omnibus Chriſti fidelibus ad notitiam ſubſcriptorum, æternã in Chriſto ſalutem. Deum Opt. Max. iam inde ab orbe condito, ad noſtra vſq; exulcerata tempora, cõtra ruinas, ſcelera, ſcelerumq́; pœnas, calamitates & flagella humano generi in vniuerſum vel etiã priuatis partibus impendentia ipſum prius varijs miraculis, ac virorum Sanctiſſimorum cum monitis tum vitæ exemplis præmonere ſolitũ fuiſſe, in ſacris literis hiſtorijsq́; Eccleſiaſticis vel mediocriter

ocriter

ocriter verſato patebit. Protoplaſtum enim ipſemet caſus ſui, per Noë mundũ vniuerſum diluuij, per Moyſem lege data viuendi rationis, per Prophetas variarum captiuitatum & anguſtiarum, per Chriſtum & Apoſtolos eorumq́ ſequaces varios probatiſſimos hæreſum ac errorũ peſtilentiſſimorum, qui in Eccleſia Dei (id hominum peccatis extorquentibus) orituri erant, præmonuit atq; contra præmuniuit. Hinc quoſdam poſuit in Eccleſia ſua Apoſtolos, alios Prophetas, quoſdam Doctores, alios virtutes, gratias curationum alios, in ædificationem Corporis Chriſti, vt illi contra omnes nefarios in vniuerſum occurrentes hoſtium inſultus ſua non deeſſent præſidia ac munimenta. Inſtabant ſæculo poſtremo longè omnium periculoſiſſima tempora, quibus infinitis propemodum hæreſum atq; ſectarum portentis rete Petri hominum perfidia ſcindendum erat, in qua

nos

nos infeliciter admodũ nati incidimus. Quo itaq; hominum iniquitatem maiorem & pericula grauiora futura Deus prouidebat, eò maiora etiam ac plura prouidere voluit malorum remedia. Supra vetera igitur, & nobis cum alijs cõmunia dedit nouum aliud & peculiare ſalutis adminiculum. Necdum enim exortis ac præ foribus inſtantibus & quæ iam inuiti videmus ac patimur, in Heluetiâ noſtrâ ac paſsim alibi funeſtiſsimis religionis Catholicæ naufragijs, naſcitur in eadem Heluetia Cantone Catholico Subſiluanienſium ſub annum Domini M CD XVII. Nicolaus de Flue, vulgò Frater Nicolaus dictus, quem Deus in matris vtero vita & morte ſpiritu prophetico, virtutibus, inuicta in fide Catholica conſtantia, miraculis item, Angelis & hominibus admirabilem pariter ac venerabilem fecit, prout eius rei multa Orthodoxi viri, qui adhuc noſtrâ memo-

moriâ in viuis extiterunt, oculati & fidelißimi teſtes: Inſuper vita ipſius omnium paßim manibus trita notißimaq́; manu ſcripta & prælo etiam commiſſa hiſtoria, indubitatā fidem faciunt; Fuit eius vitæ ſeries primò, quod vidi, circa annum Domini M. CD LXXXVIII. publicis typis in Ciuitate Catholica Lucerna Heluetiorum excuſa: poſtmodum deficientibus exemplaribus à plurimis bonis viris & Catholicæ Eccleſiæ coniunctißimis iterata ipſius editio auidè & importunè admodum tum ab alijs, tum à me etiam præfato Fratre Vdalrico Wittvuilero eius temporis prædicti Monaſterij mei Decano & Parocho inſtanter petita & exſpectata fuit. Coëgit honor Dei & viri Sancti gloria variè manifeſta, impulit ſalus patriæ publica; vrſit demum eiuſdē miſera ob graſſantes hæreſes ac perturbatißima conditio, inſtigauit rei quoq; ipſius, tum grauitas tum

tum veritas, deſiderijs piorum pro viribus morem gerere, donec ab alijs viris doctioribus, vel ab Eccleſia Dei aliquid præclarius aut ſublimius ederetur. Ope ergo gratiæ diuinæ, & viri juſti, cuius hiſtoriam ſcripturi eramus, patrocinio implorato, ac vetuſto admodum originali manuſcripto exemplari ex Subſiluania accepto, cum impreſſo typis vnâ cum multorum fide dignorum fidis relationibus diligentiſſimè collato, cum ea per omnia in vnum conuenire, & nihil contra fidem Catholicam aut bonos mores in ſe complecti cõſpiceremus, opus aggreſſi ſumus & libellum edidimus, eumq́ nos hiſce præſentibus edidiſſe teſtamur hoc titulo prodeuntem. Verè mirabilis hiſtoria & vita, integerrimi, pij, deuoti ac nominatiſſimi Nicolai de Rupe germanicè von der Flüe dicti, vulgò Bruder Clauß: Qui ſupra ſiluam in Subſiluania Heluetiorum natus eſt, re-

no-

nouata & aucta per Frat. Huldaricum Wyttvuilerum Decanum Heremitarũ: vna cum præfatione & admonitione Chriſtianâ eiusdem, ad laudatam Heluetiorum Gentem, cum priuilegio Cæſareæ Maieſtatis impreſſa Dilingæ per Sebaldum Meyer, Anno Dom. M D LXXI. Recuſa poſtmodum ibidem per Ioannem Meyer, Anno Domini M D LXXXV. In ea editione (ſic enim Deũ & Sanctos eius teſtamur) falſi nihil aut ficti, nihil noui, nec de noſtro profecti, quod ad rem non eſſet adiecimus inſeruimusq́, ſed ſolum id in lucem miſimus ordine nonnihil immutato, quod clarum omnibus, quod vetuſto manuſcripto originali, quod veteri excuſo exemplari, quod fidæ hominum integerrimorum ſenumq́ relationi, quod demum quaſi à maioribus de manu ad manum traditum veritati conſonabat. Quid ni ergo in lucem prodiret rarum hoc noſtro afflictiſſimo

ſæculo

ſaculo, diuinæ potentiæ ac benignitatis & veterum Heremitarum non abſimile exemplum? Quidni vir iſte Heluetius noſtris temporibus ceu Antonius & Hilarion alter Floridus Heluetiæ turbulentæ ac caligine hæreſum oppreſſæ ceu ſtella limpidiſſima iterum orireturꝰ Nobis ſiquidem peculiariter natus, nobis datus, & paulò ante nos inter mortales mortalis & ipſe ſanctiſſimè conuerſatus eſt. Non profectò decebat ſub terra latere tantum à Deo traditum theſaurum; eruendus erat, & ex profundis obliuionis humanæ fodinis in lucem vindicandus; non debuit ſupprimi nec ſub modio abſcondi tam limpidum, tam latum, tam venerabile verè Euangelici viri lumē; in candelabrum publicè cunctis proponendum fuit, quod à Deo datum erat, ad illuminandum magnam Eccleſiæ domum, ad illuminandos quotquot in tenebris errorum, & in vmbra mortis pec-

catorum lethalium ſedent, ad dirigẽdos item pedes omnium in viam veritatis juſtitiæ ſalutis & pacis. Bonis quidem & qui à Catholica fide non deuiârunt, hactenus proponi debebat, vt in religione auita, ac Catholica, in vnica Chriſti orthodoxa Eccleſia, in ſanctiſſimorum Sacramentorum fide veneratione vſu ac frequentatione tanti viri exemplo viuo immoti fixi, conſtantes & imperterriti perſiſtant, nec vllis hæreſum procellis ac ſchismatum monſtris ſe concuti ac percelli ſinant, a quibus tam frequenter tam ſeriò tam ſolicitè tamq; fraternè nobis cauendum viuens adhuc ſuis coenis ſimul & ſequacibus inſonuit & inculcauit. Illis verò qui à Catholica fide vel ipſi nefariè deſciuerunt, vel ab impoſtoribus fraudulenter ac miſerè decepti & ſeducti in errorum tenebris agitãtur, ad propriam ipſorum confuſionem, qua tamen (ſi ſapere velint, & ex vita

ipſius

ipſius ſerie, vnde & quo miſeri delapſi ſint, diligentius ſecum cogitare) ipſis cedere poſsit in errorum ſuorum cognitionem, eosq́; ad illud, vnde deuiârunt, & in quo vixit ac mortuus eſt Nicolaus noſter, amicum Chriſti & Eccleſiæ Catholicæ ouile Romanum reducere. Gloriantur iſti ſe clarum Euangelij lumen ac Verbi Dei ſub ſcamnis inueniſſe, veniet certè tempus, niſi ad Fratris Nicolai veſtigia reuertantur, quando irreparabili ac æternùm lamentabili ſuo damno experturi fruſtráquè deploraturi ſunt, quãdo ex craſſiſsimis ac pluſquam cymmerijs perfidiæ errorum ac hæreſum tenebris, ſcelerumq́; tetra caligine, quibus obuoluti & oppreſsi iam tenentur, in exteriores atq; ſempiternas illas præcipitabuntur. Nobis hæc gloria ſit, hoc noſtrum gaudium & exultatio, hoc præconium libertatis & nobilitatis noſtræ, Dei beneficio tantum nobis virum eſſe donatũ,

eius fidem, vitam, mores, Dei mirabilia in ipſo iugiter non cõtemplari modo, nec ore tantùm de eius ſanctimoniâ gloriari, ſed fidem fidei, vitæ vitã, moribus mores coniungere & conformare, ſicq́; verè Deum in Sanctis ſuis mirabilẽ ore & opere hîc & in æternum prædicare. Atq; hæc editionis noſtræ eiuſdemq́; cauſarum motiuarum apud omnes Catholicæ veritatis amantes noſtra teſtimonia ſcripto & ſigillo noſtro munita luculenta ſunto. Datum in Cœnobio noſtro Heremitano 13. *Calend. Martij, Anno ſalutis* M D XCI.

Idem qui ſupra teſtor
propriâ manu meâ.

Hæc Princeps Illuſtriſſimus, qui Nicolaum noſtrum hiſcé alijſq; ſuis monimentis eximiè ſanè illuſtrauit. Ioannes Ioachimus Eichorn Sacerdos Subſiluanus, Belhemio inter Nemetes oriundus, hoc noſtro tempore

pore

pore colophonem denique atque extremam manum impoſuit ijs laboribus, quos jam nominati ſcriptores, vt dixi, in Nicolai vitâ ſcribendâ impenderunt; Collegit hic vndique diligenter quæcunque de Nicolao probatiſſima teſtatiſſimaq; reperire potuit, eaq; in commentarios congeſta, vernaculâ latinâue linguâ non ſemel edidit; quæ omnia reliquus Subſiluaniæ Clerus diligenter inſpecta, veteribus monumētis ac ſcriptis, quæ de viro Dei extant, prorſus conſentire propria manu teſtatus eſt. Hæc de Nicolai antiquis recentibuſque Biographis paulò fuſiùs ideò commemoraui, vt ampliorem etiam huic meæ narrationi fidem facerem, quam non ex obuia quauis ciſternâ, ſed ex hiſcé ipſis fontibus limpidiſſimis potiſſimùm hauſtam Lectori libandam propino.

CAPVT VI.

Indigenarum encomijs Nicolaus celebratur.

FVERE, præter memoratos, plures alij indigenæ, qui ſuis ſcriptis Nicolai noſtri nomen famamque, quamuis ſuccinctius, celebrârunt, quorum paucos ſuperioribus attexere placuit. Agmen ducat Poëta ille laureatus Hēricus Loritus Glareanus Glaronenſis patricius, cui idē annus vitæ primus, qui Nicolao vltimus fuit, cuius auus cæteriq; maiores cum eodem bellis interfuêre, parens verò in eremo virum DEI allocutus eſt, ipſeq; Poëta filium eius anno 1510. in Subſiluania Conſulem conſpexit. Hic igitur Poëta in breui, quo totam Heluetiam depingit, opuſculo, dum Subſiluanorum genti accinit, inter alia ſic modulatur:

Huic

--Huic eſt vaſtæ pius Incola eremi
Nicoleos, qui vno & viginti ſobrius annis,
Nil potûs eſuſue tulit, myſteria cæli
Edoctus, ſacro viuebat corpore Chriſti.

His paucis multa complectitur Glareanus, quæ pluribus nihil hîc attinet exponere, quia ab alio jam expoſita paulò inferius declarabimus. Huic ſuccenturiare placuit prænobilem ac ſtrenuiſſimum Dominum Sebaſtianum à Beroldingen Equitem auratum, qui ſua ætate ſupremum Vranienſium Reip. domi militiæque magiſtratum geſſit, cui anno milleſimo quingenteſimo ac nonageſimo prolixiore Mineruâ in viri Dei laudẽ ludere viſum eſt modulis, quos ego vtpote ptolixiores ad calcem libri Lectori admetiar.

Anno hunc inſequente Nicolaus egregium etiã Encomiaſten habuit, quem ſupra nominaui, Renvuardum Cyſatum ſeniorem, virum eximiæ

virtutis atq; authoritatis, qui in ſuo, quod de hoc Diuo confecit, inſtrumento omnium calculis approbato, tum plurimis alijs, tum maximè his verbis eum deprædicat: *Laudatiſſimi beatiſſimiq́; Anachoretæ noſtri Nicolai de Rupe vitæ integritas, morũ ſanctitas, abſtinentiæ rigor, ac miraculorum cùm in vita, tum poſt mortem patratorũ vis ac ſplendor, ita omnium, non indigenarum modò, ſed etiam alienigenarum mentes oculosq́; perſtrinxerunt, vt inter præcipuos Dei amicos, & colatur à multis, & nnmeretur à quam plurimis, & habeatur ab omnibus.* Multis etiã alijs præclaris nominibus vir ille doctus piusq; eundem compellat, Dei amicum, ſanctiſſimum Eremicolã, ſanctum Heremitam itendidem vocat, ac demum nihil omittit, quod ad ſingularem viri Dei apud omnes ac præſertim Romæ apud Summos Religi-

onis

onis auitæ Antiſtites, commendatio-nem facere poſſe videatur.

Eidem Nicolao noſtro etiam an-nales Eremi Deiparæ Matris à R. P. F. Chriſtophoro Hartmanno celeber-rimi eiuſdem Aſceterij Profeſſo ac Bibliothecario cõſcripti applaudũt, ſub Geroldo enim eiuſce loci Præſu-le ac Principe ſic de eo loquuntur: *Anno octogeſimo primo cõtrouerſiam inter Confœderatos Heluetios propter diuiſionem prædæ Burgundicæ exortã Beatus Nicolaus Eremita Siluanienſis compoſuit. Friburgum & Solodorum in fœderis ſocietatem à cæteris recepti, eius-dem Eremitæ ſuaſu & authoritate.* Mox deinde ſub Conrado Geroldi ſucceſ-ſore quem tertium hoc nomine Ere-mitani Antiſtitem cenſuerunt, rurſus de Nicolai obitu hæc memorant: *Obijt ipſo quoq; anno poſtridie D. Bene-dicti patroni noſtri Nicolaus à Rupe, quõ-*

dam officialis Siluanienſis, qui cùm ſe in ſolitudinem recepiſſet, & in ea annos viginti haud procul à Saxula Sarnenſiũ vico nullo humano cibo vixiſſet, ſolâ SS. Euchariſtiâ quinto decimo die ſuſceptâ miraculis & prophetiæ dono clarus, patriam, & vniuerſam Heluetiam maximè illuſtrauit. Hæc ille.

Franciſcus verò Guillimannus Friburgenſis Nuitho, lib. 1. cap. 15. Antiquitatum Heluetiæ, vbi de alijs Heluetiæ Sanctis viris multa diſſerit, de hoc noſtro ad extremum hæc adnectit: *Superiori demum ſæculo protulit Heluetia apud Siluanios Nicolaum Eremitam, cuius vitæ integritudinem & continentiam ſummâ animorum contentione admirari, & obſtupeſcere magis conuenit, quàm ingeniorum culpa deterere. Satis enim conſtat, annos viginti nullo humano cibo tranſegiſſe, ſolo SS. Euchariſtiæ Sacramento quinto decimo*

quoq;

quoq; die ſumpto cõtentum. Paſſim eius circumferuntur acta, oracula & admonita, quibus ſi obedire, quam quorumdã nouitates amplecti, non pauci Heluetiorum praeoptaſſent, non ea animorum religionumq; diſſenſiones eſſent, & Heluetia nihil clarius, nihil formidabilius ſuſtineret Orbis. Hæc ibi. Alibi etiam de Friburgenſibus loquens hæc addit: *Ita ſui omnino iuris & libertatis, in octo Ciuitatum fœdus venire, vti & Solodorenſes petiêre. Admiſerunt ſpectata bello præterito virtute & fortitudine nonnulli, ſed alij contra nitebantur. Donec tandem conſilio & authoritate Nicolai apud Siluanos Eremitæ per id tẽpus celebratæ ſanctitudinis & continentiæ cum omnium applauſu & magna lætitia Stantiano conuentu cooptarentur, nonamq; & decimam Ciuitatem componerent. Huius rei literæ datæ ſabbatho poſt feſtum D. Thomæ Apoſtoli.*

A.D.N. CIↃ CCCC LXXXI. Ita Guillimannus.

Cæteros lubens prætereo; Petrum videlicet Eterlinum Curiæ Lucernenſis Amanuenſem; Sebaſtianum item Verronium S.T.Doctorem Friburgenſem,alioſq;, cùm ne longior ſim,quàm par eſt,tum etiam ne eadẽ ſæpius repetendo faſtidium Lectori pariam. Vnum adhuc de eo elogium ex Saxulenſis templi Faſtis depromptum appono,quod ipſi adhuc inter viuos exiſtenti datum. Sic habet ad verbum: *Notum ſit uniuerſis ac ſingulis,quod ſub annum Domini M.CCCC. LXVII. erat quidam bonus homo,nomine Nicolaus de Flue, natus & nutritus in Parochia Saxlenſi,in monte,vulgariter* An dem Berg/ *qui reliquit Patrem & Fratrem,& propriam vxorem, filios & filias,filios ſcilicet quinq;, & totidem filias, & tranſiuit in eremum, quæ* appel-

appellatur der Ranfft/ *vbi Deus eum ſuſtentauit abſq; cibo & potu ad lõgum tempus, ſcilicet octodecim annos, quãdo hæc ſcripta ſunt, & ipſe erat adhuc bonæ rationis, & ſanctæ vitæ, quod vidimus, & ſcimus in veritate. Oremus ergo, vt cùm eum contigerit exire de ergaſtulo ſui corporis, perducatur ad locum, vbi Deus abſterget omnem lacrimam ab oculis Sanctorum. Amen.* Hæc ibi. Ab indigenis ad exteros me nunc conuerto.

CAPVT VII.

Nicolaus etiam exteros encomiaſtas habet.

SVſpectum eſſe poſſet indigenarũ de Nicolao noſtro judicium, niſi etiam exterorum calculis atque authoritate probatum confirmaretur; vnde viſum eſt, etiam alienigenis teſtibus locum ſuum aſſignare, qui de

inſigni viri Dei famâ ac nomine toto orbe celebri ſententiam ſuã dicant. Ioannes Trithemius Spanheimenſis quondam Præſul, celeberrimus ſuo æuo ſcriptor annum deſcribens milleſimum, quadrigenteſimum, octogeſimum ſeptimum, hiſce verbis Nicolaum commendat: *Hoc* inquit, *anno vigeſimo quinto die menſis Martij* (vigeſimo debebat dicere) *obijt Nicolaus ille famoſus Eremita, in pago Suitenſium, ſiue Suicerorum, non longè ab oppido Lucernâ, in ſolitudine vaſtâ; qui multis annis in magna paupertate, humilitate, patientia, & ſanctitate Domino in eadem Eremo ſtrenuè ſeruiuit ſolitarius, & ante mortem ſuam per annos viginti continuò ſine cibo corporali vixit, quemadmodum hoc Epiſcopi Conſtãtienſis, in cuius Parochia morabatur, & aliorum complurium fide dignorum teſtimonio compertum habemus. Spiritũ*

qu: 3

quoq; Prophetiæ habuit, & nonnulla genii ſuæ (quæ poſtea contigerunt) ſutura prædixit. Magnus ad eum, etiam ex remotis regionibus, peregrinorum fiebat concurſus, quoniam non procul à Monaſterio B. Mariæ Virginis Eremitarũ eius manſio fuit. Hic homo Dei nobis ſuo tempore miraculum fuit; qui cùm eſſet omnium literarum penitus ignarus, intellectu tamen Scripturarum mirabili ſubtilitate vigebat, dabatq; ad interrogata quorumlibet eruditorum reſponſa, non ſecus, ac S. ille Antonius Eremita, Philoſophus doctiſsimus, quendam ſine literis reddidiſſe fertur. Quanquã non omnes paßim ad colloquium ſuum admittebat, niſi quos cognouiſſet diuino ſpiritu ad loquendum concitari. Deniq; miraculis fertur coruſcaſſe. Hæc Trithemius eo loco. Homiliâ verò decimâ quintâ de abſtinent. & ieiu. hoc de eodem prędicat: *Ecce annus agitur viceſimus, ex*

quo

quo famoſus ille Nicolaus Suitenſis ſolitudinem ingreſſus, cibum non ſumpſit humanum. Omnibus notiſſima loquor, nec hominem in Germania viuere puto, qui famã huius miraculi non audiuerit. Ita de Nicolao verè non minus quàm magnificè Præſul ille.

Anno deinde eius æui nonageſimo primo Argentinæ prodijt in lucem Faſciculus temporum, incognito Authore colligatus, qui inter alios ab orbe condito viros eximios etiam noſtrum Nicolaum cõplectitur, atque his verbis laudes eius ampliſſimas colligit: *Heremita quidã deuotus in partibus Suicerorum, propè Vndervualden, in magna humilitate, ſolo corpore Dominico ſingulis menſibus refectus; quindecim annis, & vltra, abſque corporali cibo vixit.* Hæc ibi.

Biennio poſt Norimberga Romano ac vernaculo idiomate conſcri-

ptos

ptos annales edidit, quorum authores præcipui Hartmannus Schedelius I. V. Doctor, Sebaſtianus Camerarius, & Sebaldus Schreierus nominãtur; de noſtro Nicolao prolixè etiam mentionem faciunt, inter acta anni M CD LXXX. Quem locum Ioannes Nauclerus Iuris & ipſe Doctor ac Præpoſitus Tubingenſis in ſuæ Chronographiæ volumen alterum compendio tranſtulit in hæc verba: *Apud Suitenſes mõtanos in Alemannia, haud longè à finibus Lucernenſium, in loco vaſtæ ſolitudinis, homo ſenex ſolitariã vitã & abſtinentiſſimã hoc tempore degebat. QVI PER ANNOS VIGINTI SINE CORPORALI CIBO VIXIT; quem Fratrem Nicolaum appellabant. Habebat vxorem & liberos, à quibus ſeceſſit ob frugem melioris vitæ. Vir corpore aridus & exhauſtus ſola cute neruisq́ & oſſibus compactus. HIC*

HOMO

HOMO QVASI COELESTEM VITAM EGIT IN TERRIS, immaculatã absq; ſorde: quamuis nonnulli iniqui iudices aliorſum ac deceat interpretati fuerint. Sed mirum, cur virum calumnientur, qui longam vitam in arctiſsima paupertate & ſolitudine duxit; in abſtinentia extrema & humilitate perſeuerans: qui nihil appetiuit, qui nulli iniurius fuit, qui auaritiam calcauit: honores ſpreuit, nullum ſuperbiæ fomitem oſtendit: OPTIME DE FIDE SENTIENS; paucorum verborum cùm eſſet, ad interrogata tamen ſalubria ſemper & cõſolatoria reſpondit, ita quod rarò quiſquam ab eo non ædificatus abſceſsit. Is igitur BONVS, IVSTVS AC SANCTVS à bonis ſemper eſt habitus. Sciebat ſe mortali culpa liberum, bonis operibus ac contemplationibus intentum. Indicauit hoc perpetua hominis alacritas atq; lætitia, quem nemo mœſtũ vidit,

ſed

ſed vultu ſemper eodem. Per Antiſtitem quoque Conſtantienſem approbatus, ad cuius præceptum tres particulas panis, tanquam Obedientiæ Filius comedit, quas cum difficultate deglutiuit. Tandē ſenio & viribus deficiens, eius ſenilem animam mollis diſſoluit ſopor. Sepultus eſt in Eccleſia ſui paſtoris, cum opinione ſanctitatis. Hæc Nauclerus: quæ apud Norimbergenſes ita finiunt: *Sepultus in Eccleſia ſui paſtoris non ſine Miraculis quieſcit, qui & finitimis populis nonnulla Vaticinia prædixit.*

Quin etiam tranſmiſſis alpibus Nicolai fama in ipſam ſe penetrauit Italiam. Bonifacius Simoneta Cornu Abbas eidem ſeruo Dei coæuus, in epiſtolari ſuo opere lib. 3. epiſtolâ ad Nicolaum Palmerium ſic refert. *Vir probus Mediolanenſis, qui Donatus nūcupatur, qui per orbem ad lapides pretioſos ſæpè vagatur, duo præmiſſis mirabili-*

biliora addit, ſcilicet, quod in Germania (eſt autem Heluetia Germaniæ pars, quemadmodum Longobardia Italiæ) temporibus noſtris Eremita antro maxima obſeruatione incluſus, per viginti annos iam elapſos non comedit; tum ab illo alium non longè diſtare, ſingulis diebus tres exiguos globulos è nucleis perſicorum edentem aſſerit: Hæc ille.

Gregorius de Valentia magnus olim Societatis noſtræ Theologus Præfationi libr. de Euchariſtiâ Ingolſtadij, anno 1587. editorum, hæc de Nicolao noſtro inſerit: *Fuit aliquãdo communis Heluetiorum laus, quod apud illos maximè, ſi vſpiam alibi, viguit & floruit, & culta eſt vera erga SS. Euchariſtiam fides atque religio, quam & Deus ibidem, cùm alijs argumentis, tum inſigni miraculo conteſtatus eſt, quum ſanctiſſimo viro Nicolao Vnderuualdenſi (cuius anniuerſaria memoria pro-*

pter

pter felicem è corpore annis abhinc centum migrationem hoc ipſo die celebratur) vitã iſto duntaxat cibo cœleſti annos 20. prorogauit; vt vel ex hac re poſſet intelligi, eum ipſum in SS. Euchariſtia veriſſimè contineri & percipi, qui vera Vita eſt, & cuius ex carne viuificâ, & ſanguine, ſanguis etiam & caro noſtra quodammodo alitur. Meminit item Nicolai noſtri Thomas Murnerus I. V. D. Ordinis D. Franciſci, Lucernæ quondam Parochus, in ſuâ, quam ibidem conſcripſit ac typis vulgauit hiſtoriâ anno à partu virgineo 1537. Matthæus Raderus ſupra memoratus Societatis noſtræ ſcriptor, in primâ viridarij ſui parte vitam S. Theodoſij Cœnobiarchæ cõſcribens, hæc de Nicolao noſtro interſerit: *S. Nicolaus Heluetus totis viginti annis omni prorſus cibo abſtinuit.* Alij deniq; plures non incelebres authores exteri

de

de hoc viro Dei honorificentiſſimã faciunt in ſuis lucubrationibus mentionem, quos tamen lubens, ne longior ſim, quàm par eſt, prætereo.

Fuêre etiam viri magni, qui jam pridem Nicolai nomen inter cætera Diuorum nomina in faſtis ſuis recenſuerunt; Gilbertus certè Genebrard⁹ Pariſienſis Theologus, diuinarum literarum, ſacræ ùe linguæ ibidem Profeſſor Regius, ei operi, quo in Regij quondam Vatis Odarium commentatus eſt, faſtos, quos ipſe Romanos appellitat, præfixit, in quibus Nicolao noſtro diem vigeſimum ſecundum Martij conſignauit. Petrus item Caniſius ſæpè iam nominatus è Societate noſtra Theologus, in ſuo, quod quondam Dilingæ vulgari fecit, Martyrologio, ad vndecimum calendas Apriles hoc encomio Nicolaum noſtrũ inter altos Diuos celebrat; *Item*

Fratis

Fratris Nicolai Anachoretæ ex Siluaniæ Heluetiorum beata recordatio, qui, conſentiente coniuge ſua, domum vna ac mundum deſerens, vitam in eremo ſeparatam ac religioſam duxit, annos circiter viginti absque omni humano eſu potuúe vixit. Claruit viuus prophetiæ ſpiritu, mortuus verò multis miraculis. Quieſcit in æde parochiali Saxulæ. Ita ibi de Nicolao lumen illud Catholici orbis, ac præſertim Germaniæ, Heluetiæ ue noſtræ clarum Sidus Caniſius, quem meritò inter inquilinos viri Dei laudatores ponere debuiſſē; tametſi enim in Heluetia viuere non cæpit, in ea tamen ingenti patriæ emolumento ac fructu & multā ætatis partem degit, & æternitati viuere tādem cæpit. Et quia vir iſte Sanctus pro Sancto noſtro plurimum laborauit, nomenq; illius ſuis faſtis inſeruiſſe, ac de eo breuiter diſſeruiſſe

non

non ſatis habuit, placuit etiam cętera in hunc locum congerere, quæ ipſe peculiari opuſculo de eodem patriâ linguâ tractat. ſit ergo de hac re

CAPVT VIII.

Quid de Nicolao omnino cenſendum Petri Caniſii iudicio.

PRincipiò, *inquit ille*, certum eſt, ac negari non poteſt hunc natũ Heluetiũ in omnibus omnino fidej articulis verè atq; conſtanter catholicũ fuiſſe ac perſeuerâſſe, nec aliter, niſi in vnitate atq; obedientia eiuſdẽ Catholicæ Romanæ Eccleſiæ ac religione innocuum durâſſe, & ſalutem obtinuiſſe. Et quamuis noua hæc ac non niſi quinquagenaria atq; ſexagenaria religio, eo quo ipſe viuebat, æuo incognita adhuc atque inaudita erat, ipſe tamẽ Spiritu Dei inſtructus eam vaticinio pręnunciauit, ſuoſque po-

populares ſeriò ac fideliter docuit, omnes religionis nouitates ſugere atq; vitare. Laudabili etiam exemplo ſuo Frater Nicolaus confirmauit, quæcunque verè pios Catholicos omnes facere, atq; in diuinis officijs, vſu diuinorum myſteriorum, cæremonijs Eccleſiaſticis, in ſacro ac profano regimine, in auitis denique & Catholicæ Eccleſiæ vſitatis moribus ac conſuetudinibus obſeruare conueniat. Sacerdotes ipſe Catholicos diligebat, ijs omnes animi ſui receſſus detegebat, incruento Chriſti Sacrificio religioſus auditor aſſiſtebat, Seruatorem ſuum verum Deum hominemúe eidem ſacerrimo myſterio vnâ cum corpore ac ſanguine præſentem adorabat, atq; in alterâ tantũ externâ ſpecie percipiebat. Deiparam Virginem Dominam noſtram cum toto cœleſtium Diuorum cho-

ro lubens ipſe coluit, ac eorum opē implorauit, pro vitâ functis æque ac viuis Deo ſupplicauit, atq; vt compendio omnia abſoluam, toto ætatis ſuæ decurſu à puero Catholicæ Eccleſiæ ordinem mordicus tenuit, cęteroſq;, quos potuit, Chriſtianos antiquum fidei tramitē ſectari diligenter edocuit atq; induxit. Felices nos Catholicos, ſi etiamnum non ore tātùm forinſecus, ſed toto etiā pectore & opere ipſo conſtantes verā noſtrā Catholicam fidem liberè toti mūdo teſtaremur, tum enimuero verè cum Fratre noſtro Nicolao, imo cum Doctore gentium gloriari poſſemus: Bonum certamen certaui, curſum conſumaui, fidem ſeruaui; de reliquo repoſita eſt mihi corona juſtitiæ 2. *Tim.* 4.

Laudandus deinde eſt hic Frater Nicolaus jure meritiſſimo, quia verę, quam

quam tenuit, fidei, mores eius ac vita Chriſtiano ac Catholico homine, digna perpetuò reſpondit; matrimonij jura intemerata ſeruauit, militiam fortiter geſſit, liberos ſingulari curâ pietati innutriuit. Experiebatur interea per domeſticas aliaſúe profanas curas plurimum ſeſe in diuino cultu impediri, atque à cœleſtibus rebus auocari, vnde cor eius amore diuino ſuccenſum ſecretius vitæ genus ſuſpirabat, eò quod in pecunijs cęteriſúe fortunæ bonis, in amicis item ac ſocijs, in illecebris deniq; mundiúe pompis pro quiete, nil niſi perennē moleſtiam, tædium, atq; acerbitatem ſentiret; vni DEO famulari, inanijs mūdanis prorſus emori, optimamq́; partē eligere decernebat. vnde temporalibus rebus curisúe abdicatis, cum D. Paulo dicere poterat; Omnia detrimentum feci, & arbitror vt ſter-

cora; vt Chriſtum lucrifaciam, & inueniar in illo. Mihi viuere Chriſtus eſt & mori lucrum Phil. 3. & 1.

Illud deniq; maius eſt, magisque mirandum, virum hunc Dei nutu ac ductu non aliam, quàm ſeueram illã duramq; Anachoreticæ vitæ rationẽ ſibi propoſuiſſe, ipſosq; in eo inſtituto circiter viginti annos ad mortem vſq; læto hilarique animo ac ſpiritu conſtanter perſeuerâſſe. Imò ſe ipſo teſte ſupremo Numini ſe ſatis gratũ eſſe poſſe negabat, quod ab vxore, liberis, domo, cæteris profanis negotijs liber ac ſolutus, cœleſtia tractare, pijsque exercitationibus perdius & pernox vacare poſſet. Quemadmodum etiã Seruatoris noſtri Prodromus Ioannes inſtinctu diuino eremum petijt, ac potiſſimam vitæ ſuæ partem ſolus inibi ſeuerè traduxit. Omnino miles hic Chriſti illud Diui

Pauli

Pauli vſurpare poterat: Mihi abſit gloriari, niſi in cruce Domini noſtri IESV Chriſti, in quo mihi mundus crucifixus eſt, & ego mundo. Viuo ego, jam non ego, viuit verò in me Chriſtus. *Gal.6 & 2. cap.*

Nec mirum cuiquã videri debet, Fratrem Nicolaum inſtitutum vitæ coniugalis deſeruiſſe, domoq́; liberis ac coniuge migrâſſe, mirabilis eſt enim Deus in Sanctis ſuis, atq; in ijs & per eos tanquam per inſtrumẽta ſua, diuerſimode operatur, pro nutu ſuo eos ad hoc illudúe viuendi genus amplexandum trahendo: Voluntati Dei quis reſiſtet? & quis reſdondebit ei? *Rom.9.* Quidquid hac in parte Nicolaus fecit, prçſciente ac cõſentiente vxore fecit, Apoſtolorum exemplũ ſecutus, qui Chriſti monitu ac pollicitationibus inducti vnâ cum fortunæ bonis etiam vxores reliquerunt,

cora;vt Chriſtum lucrifaciam, & inueniar in illo. Mihi viuere Chriſtus eſt & mori lucrum Phil. 3. & 1.

Illud deniq; maius eſt, magisque mirandum, virum hunc Dei nutu ac ductu non aliam, quàm ſeueram illã duramq; Anachoreticæ vitæ rationẽ ſibi propoſuiſſe, ipſosq; in eo inſtituto circiter viginti annos ad mortem vſq; læto hilarique animo ac ſpiritu conſtanter perſeuerâſſe. Imò ſe ipſo teſte ſupremo Numini ſe ſatis gratũ eſſe poſſe negabat, quod ab vxore, liberis, domo, cæteris profanis negotijs liber ac ſolutus, cœleſtia tractare, pijsque exercitationibus perdius & pernox vacare poſſet. Quemadmodum etiã Seruatoris noſtri Prodromus Ioannes inſtinctu diuino eremum petijt, ac potiſſimam vitæ ſuæ partem ſolus inibi ſeuerè traduxit. Omnino miles hic Chriſti illud Diui

Pauli

Pauli vſurpare poterat: Mihi abſit gloriari, niſi in cruce Domini noſtri IESV Chriſti, in quo mihi mundus crucifixus eſt, & ego mundo. Viuo ego, jam non ego, viuit verò in me Chriſtus. *Gal.6 & 2. cap.*

Nec mirum cuiquã videri debet, Fratrem Nicolaum inſtitutum vitæ coniugalis deſeruiſſe, domoq; liberis ac coniuge migrâſſe, mirabilis eſt enim Deus in Sanctis ſuis, atq; in ijs & per eos tanquam per inſtrumẽta ſua, diuerſimode operatur, pro nutu ſuo eos ad hoc illudúe viuendi genus amplexandum trahendo: Voluntati Dei quis reſiſtet? & quis reſdondebit ei? *Rom.9.* Quidquid hac in parte Nicolaus fecit, pręſciente ac cõſentiente vxore fecit, Apoſtolorum exemplũ ſecutus, qui Chriſti monitu ac pollicitationibus inducti vnâ cum fortunæ bonis etiam vxores reliquerunt,

vt primum ſpiritu diuino afflati ſementem Euangelij in omnem terrã ſpargere cæperunt. Chriſtus enim apertis verbis illis prædixerat: Omnis qui reliquerit domum, vel fratres aut ſorores, aut patrem, aut matrem, aut vxorem, aut filios, aut agros propter nomen meũ, centuplum accipiet & vitam æternam poſſidebit. *Matth.* 19. Vnde manifeſtum eſt, Nicolaum Dei atq; Eccleſię ordinationi nihil aduerſum tentâſſe atq; executum eſſe. Verum enim vt omnis de hoc Anachoretæ noſtri facto ſcrupulus penitus eximeretur, totiq; orbi pateret, eremiticum eius inſtitutum probãdum potius eſſe, quàm vituperãdum, præpotens Deus prodigioſè ſanè ex fructibus arborem, atq; ex opere opificẽ cuiuis ſano homini demonſtrauit. Triplici enim irrefragabili indicio optimus quiſq; conuincitur, Nicolaj inſti-

inſtitutum optimo niti fundamento, Deoq́ue acceptum fuiſſe, quidquid momi quidam, aut calumniatores oblatrent; eo enim ingenio peruerſus mundus eſt, vt facilè falſa, fraudulenta, atque ab omni veritate aliena judicia de Præcurſore Domini cæteriſq́ue Eremitis, imò de ipſo etiam Domino concipiant ac prodant. *Matt.* 11.

Principiò igitur de hoc Chriſti agonotheta teſtatur mira atque in exhauſta tolerãtia, in varijs ſuis, quas perpetuò ſuſtinuit, fortiterq́ue vicit, tentationibus atq; inſidijs; verſutus enim ac verſipellis genius (quemadmodum geſta illius teſtantur, & anachoretæ pleriq; in ſua vocatione experiuntur) nullam ei quietis partem reliquit, quin eum per ſe, aliosq́ue aſpectabili etiam atq; informi forma, inuaderet, vexaret, terreret, quemadmodum etiam DD Paulo, Anthonio

alijsque euenit, quorum colluctatio non tantùm aduerſus carnem & ſanguinem erat, ſed etiam aduerſus principes & poteſtates, aduerſus mundi rectores tenebrarum harum. *Eph.* 6. Quantas Nicolaus dolorum acerbitates in hiſce luctis per ipſas etiã emaciati corporis fibras, ac oſſium medullas pertulerit dici non poteſt. Tacebo inſultus, quibus eum noti ignotiúe, amici atque hoſtes, incolæ & accolæ, falſique fratres multis annis impetierunt. vnde graues ſæpè moleſtias ac tentationes decoquebat. Solari autẽ ſeipſum, & diuinâ adiutus ope vincere didicerat, memor eius, quod Seruator dixerat; In patientiâ veſtrâ poſſidebitis animas veſtras. *Luc.* 21. Et quod D. Iacobus ſcripſerat: Beatus vir, qui ſuffert tentationem, quoniam, cùm probatus fuerit, accipiet coronam *vitæ*, quam repromiſit

Deus

Deus diligẽtibus ſe: *Iac.*1. Talis enim patientia verè operatur probationẽ, probatio verò ſpem, ſpes autem non confundit. *Rom.*5. Imò veros Dei amicos deſignat, quos per multas tribulationes oportet introire in regnũ cœlorum. *Actor.* 14.

Teſtantur deinde etiã de hoc viro Dei eximia totiq; mundo nota prodigia, quæ Deus per eum ante & poſt eius obitum varijs locis operatus eſt, ſaniq; æque ac ægri quam plurimi experti ſunt, quæq; adeò nõ traditione tãtùm, ſed etiam authenticis tabulis probari confirmariùe poſſunt. Illud cumprimis magnum atq; eximium prodigium eſt, quod Nicolaus iſte viginti propè annos impranſus & incœnatus, abſq; omni prorſus humano victu ac fomento vitam in eremo traduxerit, ita vt ſupra naturam non corporeo, ſed ſpirituali alimento etiã

corpore incolumis conſeruaretur. Quæ res vtique non minus æſtimari debet, quàm quadragintadialis ſanctorum vatum Moiſis & Eliæ vi diuinâ ſuſtentata inedia; & videtur omnino abſtinētiſſimus noſterNicolaus cum Chriſto dilecta Magdalena cōparari poſſe, quam ferunt triginta circiter annis pari abſtinentiâ in eremo Deo ancillatam eſſe. Quis igitur non fateatur, digitum Dei circa hunc Anachoretam operatum eſſe, eiuſq; ſinceræ vitæ ac moribus teſtimoniū dediſſe, ita vt meritò de ea dubitari non poſſit.

Teſtatur deniq; de eo nobilis ille magnique ab omnibus æſtimandus propheticę ſpiritus, quo prodigioſum hunc virum mirè DEVS illuſtrauit, ornauitq;, ita vt magna ac recondita myſteria ei ſæpius panderet, ipſeque cæteroqui rudis atque illiteratus de

SS.

SS. Trinitatis arcano plurima penetraret, alioſq; edoceret. Hoc Numine inſtinctus occulta multis manifeſtauit, imminentia pericula prædocuit, monuit, ad ſalutē inſtruxit, ſummos, infimos, tenues, opimos, aduenas, indigenas; multi enim ad famoſum hunc Anachoretam cōcurſus vndiq; fiebant; & quotquot ad eum ventitabant, optimis conſilijs inſtructi quæſito fructu ac ſolatio affecti domum remeabant. Hæc de Nicolao Petrus, cuius elogium tāto pluris eſt æſtimandum, quāto eius vitæ ſanctitas & doctrinę excellentia notior clariorque fuit. Felix patria noſtra quæ tantis luminibus hiſce turbulentiſſimis tempeſtatibus irradiata fuit; eas Nicolaus prædixit, ac præcauendas monuit, Petrus tanquam firmiſſima petra fregit; Nicolaus in deſerto, in aperto Petrus; vterq; prodigijs etiam-

corpore incolumis conſeruar
Quæ res vtique non minus æſt
debet, quàm quadragintadialis
ctorum vatum Moiſis & Eliæ vi
nâ ſuſtentata inedia; & videtur
nino abſtinētiſſimus noſterNic
cum Chriſto dilecta Magdalena
parari poſſe, quam ferunt trig
circiter annis pari abſtinentiâ in
mo Deo ancillatam eſſe. Quis ig
non fateatur, digitum Dei circa h
Anachoretam operatum eſſe, ei
ſinceræ vitæ ac moribus teſtimo
dediſſe, ita vt meritò de ea dub
non poſſit.

Teſtatur deniq; de eo nobilis
magnique ab omnibus æſtiman
prophetiç ſpiritu, quo prodigio
hunc virum mirè DEVS illuſtra
ornauit ... a ac recon
... ipſe
... is

SS. Trinitatis arcano plurima penetraret, alioſq; edoceret. Hoc Numine inſtinctus occulta multis manifeſtauit, imminentia pericula prædocuit, monuit, ad ſalutẽ inſtruxit, ſummos, infimos, tenues, opimos, aduenas, indigenas; multi enim ad famoſum hunc Anachoretam cõcurſus vndiq; fiebant; & quotquot ad eum ventitabant, optimis conſilijs inſtructi quæſito fructu ac ſolatio affecti domum remeabant. Hæc de Nicolao Petrus, cuius elogium tãto pluris eſt æſtimandum, quãto eius vitæ ſanctitas & doctrinę excellentia notior clariorque fuit. Felix patria noſtra quæ tantis luminibus hiſce turbulentiſſimis tempeſtatibus irradiata fuit; eas Nicolaus prædixit, ac præcauendas [illegible] Petrus tanquam firmiſſima [illegible] Nicolaus in deſerto, in a[illegible] erq; prodigijs etiam [illegible] num.

ro lubens ipſe coluit, ac eorum opẽ implorauit, pro vitâ functis æque ac viuis Deo ſupplicauit, atq; vt compendio omnia abſoluam, toto ætatis ſuæ decurſu à puero Catholicæ Eccleſiæ ordinem mordicus tenuit, cęteroſq;, quos potuit, Chriſtianos antiquum fidei tramitẽ ſectari diligenter edocuit atq; induxit. Felices nos Catholicos, ſi etiamnum non ore tãtùm forinſecus, ſed toto etiã pectore & opere ipſo conſtantes verã noſtrã Catholicam fidem liberè toti mũdo teſtaremur, tum enimuero verè cum Fratre noſtro Nicolao, imo cum Doctore gentium gloriari poſſemus: Bonum certamen certaui, curſum conſumaui, fidem ſeruaui; de reliquo repoſita eſt mihi corona juſtitiæ 2. *Tim.* 4.

Laudandus deinde eſt hic Frater Nicolaus jure meritiſſimo, quia verę, quam

quam tenuit,fidei, mores eius ac vita Chriſtiano ac Catholico homine, digna perpetuò reſpondit;matrimonij jura intemerata ſeruauit, militiam fortiter geſſit, liberos ſingulari curâ pietati innutriuit. Experiebatur interea per domeſticas aliaſúe profanas curas plurimum ſeſe in diuino cultu impediri, atque à cœleſtibus rebus auocari, vnde cor eius amore diuino ſuccenſum ſecretius vitæ genus ſuſpirabat, eò quod in pecunijs cęteriſúe fortunæ bonis, in amicis item ac ſocijs, in illecebris deniq; mundiúe pompis pro quiete, nil niſi perennē moleſtiam, tædium, atq; acerbitatem ſentiret; vni DEO famulari, inanijs mūdanis prorſus emori, optimamq́; partē eligere decernebat. vnde temporalibus rebus curiſúe abdicatis, cum D.Paulo dicere poterat; Omnia detrimentum feci,& arbitror vt ſter-

cora;vt Chriſtum lucrifaciam, & inueniar in illo. Mihi viuere Chriſtus eſt & mori lucrum Phil. 3. & 1.

Illud deniq; maius eſt, magisque mirandum, virum hunc Dei nutu ac ductu non aliam, quàm ſeueram illã duramq; Anachoreticæ vitæ rationẽ ſibi propoſuiſſe, ipſosq; in eo inſtituto circiter viginti annos ad mortem vſq; læto hilarique animo ac ſpiritu conſtanter perſeueráſſe. Imò ſe ipſo teſte ſupremo Numini ſe ſatis gratũ eſſe poſſe negabat, quod ab vxore, liberis, domo, cæteris profanis negotijs liber ac ſolutus, cœleſtia tractare, pijsque exercitationibus perdius & pernox vacare poſſet. Quemadmodum etiã Seruatoris noſtri Prodromus Ioannes inſtinctu diuino eremum petijt, ac potiſſimam vitæ ſuæ partem ſolus inibi ſeuerè traduxit. Omnino miles hic Chriſti illud Diui

Pauli

Pauli vſurpare poterat: Mihi abſit gloriari, niſi in cruce Domini noſtri IESV Chriſti, in quo mihi mundus crucifixus eſt, & ego mundo. Viuo ego, jam non ego, viuit verò in me Chriſtus. *Gal.6 & 2. cap.*

Nec mirum cuiquã videri debet, Fratrem Nicolaum inſtitutum vitæ coniugalis deſeruiſſe, domoq́; liberis ac coniuge migrâſſe, mirabilis eſt enim Deus in Sanctis ſuis, atq; in ijs & per eos tanquam per inſtrumẽta ſua, diuerſimode operatur, pro nutu ſuo eos ad hoc illudúe viuendi genus amplexandum trahendo: Voluntati Dei quis reſiſtet? & quis reſdondebit ei? *Rom.9.* Quidquid hac in parte Nicolaus fecit, prę́ſciente ac cõſentiente vxore fecit, Apoſtolorum exemplũ ſecutus, qui Chriſti monitu ac pollicitationibus inducti vnâ cum fortunæ bonis etiam vxores reliquerunt,

vt primum ſpiritu diuino afflati ſementem Euangelij in omnem terrā ſpargere cæperunt. Chriſtus enim apertis verbis illis prædixerat: Omnis qui reliquerit domum, vel fratres aut ſorores, aut patrem, aut matrem, aut vxorem, aut filios, aut agros propter nomen meū, centuplum accipiet & vitam æternam poſſidebit. *Matth.* 19. Vnde manifeſtum eſt, Nicolaum Dei atq; Eccleſię ordinationi nihil aduerſum tentâſſe atq; executum eſſe. Verum enim vt omnis de hoc Anachoretæ noſtri facto ſcrupulus penitus eximeretur, totiq́; orbi pateret, eremiticum eius inſtitutum probādum potius eſſe, quàm vituperādum, præpotens Deus prodigiosè ſanè ex fructibus arborem, atq; ex opere opificē cuiuis ſano homini demonſtrauit. Triplici enim irrefragabili indicio optimus quiſq; conuincitur, Nicolaj

inſti-

inſtitutum optimo niti fundamento, Deoque acceptum fuiſſe, quidquid momi quidam, aut calumniatores oblatrent; eo enim ingenio peruerſus mundus eſt, vt facilè falſa, fraudulenta, atque ab omni veritate aliena judicia de Præcurſore Domini cæteriſúe Eremitis, imò de ipſo etiam Domino concipiant ac prodant, *Matt.* 11.

Principiò igitur de hoc Chriſti agonotheta teſtatur mira atque inexhauſta tolerãtia, in varijs ſuis, quas perpetuò ſuſtinuit, fortiterque vicit, tentationibus atq; inſidijs; verſutus enim ac verſipellis genius (quemadmodum geſta illius teſtantur, & anachoretæ pleriq; in ſua vocatione experiuntur) nullam ei quietis partem reliquit, quin eum per ſe, aliosque aſpectabili etiam atq; informi forma, inuaderet, vexaret, terreret, quemadmodum etiam DD Paulo, Anthonio

 alijſq;

alijsque euenit, quorum colluctatio non tantùm aduerſus carnem & ſanguinem erat, ſed etiam aduerſus principes & poteſtates, aduerſus mundi rectores tenebrarum harum. *Eph. 6.* Quantas Nicolaus dolorum acerbitates in hiſce luctis per ipſas etiã emaciati corporis fibras, ac oſſium medullas pertulerit dici non poteſt. Tacebo inſultus, quibus eum noti ignotiúe, amici atque hoſtes, incolæ & accolæ, falſique fratres multis annis impetierunt. vnde graues ſæpè moleſtias ac tentationes decoquebat. Solari autẽ ſeipſum, & diuinâ adiutus ope vincere didicerat, memor eius, quod Seruator dixerat; In patientiâ veſtrâ poſſidebitis animas veſtras. *Luc.* 21. Et quod D. Iacobus ſcripſerat: Beatus vir, qui ſuffert tentationem, quoniam, cùm probatus fuerit, accipiet coronam vitæ, quam repromiſit

Deus

Deus diligẽtibus ſe: *Iac.*1. Talis enim patientia verè operatur probationẽ, probatio verò ſpem, ſpes autem non confundit. *Rom.*5. Imò veros Dei amicos deſignat, quos per multas tribulationes oportet introire in regnũ cœlorum. *Actor.* 14.

Teſtantur deinde etiã de hoc viro Dei eximia totiq; mundo nota prodigia, quæ Deus per eum ante & poſt eius obitum varijs locis operatus eſt, ſaniq; æque ac ægri quam plurimi experti ſunt, quæq; adeò nõ traditione tãtùm, ſed etiam authenticis tabulis probari confirmariúe poſſunt. Illud cumprimis magnum atq; eximium prodigium eſt, quod Nicolaus iſte viginti propè annos impranſus & incœnatus, abſq; omni prorſus humano victu ac fomento vitam in eremo traduxerit, ita vt ſupra naturam non corporeo, ſed ſpirituali alimento etiã

corpore incolumis conſeruaretur. Quæ res vtique non minus æſtimari debet, quàm quadragintadialis ſanctorum vatum Moiſis & Eliæ vi diuinâ ſuſtentata inedia; & videtur omnino abſtinētiſſimus noſterNicolaus cum Christo dilecta Magdalena cõparari poſſe, quam ferunt triginta circiter annis pari abſtinentiâ in eremo Deo ancillatam eſſe. Quis igitur non fateatur, digitum Dei circa hunc Anachoretam operatum eſſe, eiuſq; ſinceræ vitæ ac moribus teſtimoniū dediſſe, ita vt meritò de ea dubitari non poſſit.

Teſtatur deniq; de eo nobilis ille magnique ab omnibus æſtimandus propheticę ſpiritus, quo prodigioſum hunc virum mirè DEVS illuſtrauit, ornauitq;, ita vt magna ac recondita myſteria ei ſæpius panderet, ipſeque cæteroqui rudis atque illiteratus de

SS.

SS. Trinitatis arcano plurima penetraret, alioſq; edoceret. Hoc Numine inſtinctus occulta multis manifeſtauit, imminentia pericula prædocuit, monuit, ad ſalutẽ inſtruxit, ſummos, infimos, tenues, opimos, aduenas, indigenas; multi enim ad famoſum hunc Anachoretam cõcurſus vndiq; fiebant; & quotquot ad eum ventitabant, optimis conſilijs inſtructi quæſito fructu ac ſolatio affecti domum remeabant. Hæc de Nicolao Petrus, cuius elogium tãto pluris eſt æſtimandum, quãto eius vitæ ſanctitas & doctrinę excellentia notior clariorque fuit. Felix patria noſtra quæ tantis luminibus hiſce turbulentiſſimis tempeſtatibus irradiata fuit; eas Nicolaus prædixit, ac præcauendas monuit, Petrus tanquam firmiſſima petra fregit; Nicolaus in deſerto, in aperto Petrus; vterq; prodigijs etiam-

núm hodie claret, vterq; communi piorum ſenſu inter cœlites cenſetur ac colitur, nihilq; adeò toti Catholicæ Heluetiæ magis in votis eſt, quàm vt tandem vtriq; cõiunctim ſuprema in rebus ſacris Authoritas publicos in terris honores, quos jam pridem merentur, decernat.

CAPVT IX.

Etiam à Catholicæ fidei aduerſarijs commendatur Nicolaus.

IN hunc poſtremum locũ aduerſarios conijcere placuit, à quibus veritas, viriq; Dei virtus id expreſſit, vt ſui obliti, in Nicolao laudarent, quod in cęteris omnibus damnârũt. Aduerſarios, inquam, auitæ fidei & totius venerandæ antiquitatis, quos eò vaga credendi quiduis, ac faciendi libertas prouexit, vt quidquid ipſis in mentem aut buccam venit, id ex

intima

intima diuinitatis abyſſo hauſtũ profluere cenſeant, quamuis nouum, abſurdum, nefandũ. Hi igitur hoſtes noſtræ fidei, eam quam deteſtantur religionem in Nicolao probant; Catholicos execrãtur, Anachoretas vnâ atq; ſeueriorem viuendi diſciplinam damnant, & Nicolaũ tamen laudant, prodigijs, oraculis clarum fatentur, eius preces, Synaxes, exomologeſes prædicant, quas ipſi tamẽ cane peius & angue oderunt; verbo claudã omnia, meliora probant, deteriora ſequuntur. Verum enim ne id gratis dixiſſe videar, producam vnum alterumúe eiuſmodi teſtem in amphitheatrum, vt Andabatarum more ſecum ipſos pugnantes ſpectemus, atq; interim omnes Nicolai laudes exequamur.

Oſvvaldus Molitor cognomento Geishüsler, ac poſt patriam patriæq;

núm hodie claret, vterq; communi piorum ſenſu inter cœlites cenſetur ac colitur, nihilq; adeò toti Catholicæ Heluetiæ magis in votis eſt, quàm vt tandem vtriq; cõiunctim ſuprema in rebus ſacris Authoritas publicos in terris honores, quos jam pridem merentur, decernat.

CAPVT IX.

Etiam à Catholicæ fidei aduerſarijs commendatur Nicolaus.

IN hunc poſtremum locũ aduerſarios conijcere placuit, à quibus veritas, viriq; Dei virtus id expreſſit, vt ſui obliti, in Nicolao laudarent, quod in cęteris omnibus damnârũt. Aduerſarios, inquam, auitæ fidei & totius venerandæ antiquitatis, quos eò vaga credendi quiduis, ac faciendi libertas prouexit, vt quidquid ipſis in mentem aut buccam venit, id ex intima

intima diuinitatis abyſſo hauſtũ profluere cenſeant, quamuis nouum, abſurdum, nefandũ. Hi igitur hoſtes noſtræ fidei, eam quam deteſtantur religionem in Nicolao probant; Catholicos execrãtur, Anachoretas vnâ atq; ſeueriorem viuendi diſciplinam damnant, & Nicolaũ tamen laudant, prodigijs, oraculis clarum fatentur, eius preces, Synaxes, exomologeſes prædicant, quas ipſi tamẽ cane peius & angue oderunt; verbo claudã omnia, meliora probant, deteriora ſequuntur. Verum enim ne id gratis dixiſſe videar, producam vnum alterumúe eiuſmodi teſtem in amphitheatrum, vt Andabatarum more ſecum ipſos pugnantes ſpectemus, atq; interim omnes Nicolai laudes exequamur.

Oſvvaldus Molitor cognomento Geishüsler, ac poſt patriam patriæq;

religionē deſertā affectato nomine, Myconius dictus, primus in hac palę-ſtra deſudet. Lucernam is patriam habuit, ſed Lucernâ eheu contemptâ Baſileæ in Zuinglij tenebras veſpertilionum ac noctuarū more incidit, germanum nomen cum græco permutauit, miſer Molitor in hæreſis piſtrino, cum reliquis eiuſdem farinæ transfugis, nō niſi infelix lolium molere cæpit. In eo igitur commentariolo, quo ſupra memorati Henrici Glareani heroica, quibus Heluetiam depinxit, interpretatur, vbi de Subſil-uanis, ipſoq; vt dixi Subſiluanorum ſidere Nicolao diſertè canit, ſic ipſe poëtam illuſtrat: *Nicolaum ſignificat Eremitam. Hic quidem natione Siluanus, patre Henrico, matre Hemmanna progenitus, diuino monitu eremum intrauit, vxore cum decem liberis, quinque maribus & totidem puellis relictâ,*

vbi

vbi abſq; cibo & potu humano 21. annos transegit. Solitus fuit aliquando dicere, longè gratius ſibi fuiſſe, quòd diuina gratia potuerit penitus vxori ſuæ renũtiare, quã quod cibo. Sepultus iacet apud Siluanos, in pago, cui nomen Sachßlen. *Vir fuit admodum procerâ ſtaturâ & formosâ, ſupra quàm erat ſatis macie confectus, vt nihil aliud habere viſus ſit, quàm cutem oſſibus adhærentem. Color erat fuſcus, capilli nigri, canicie ſparſim interſperſi. Barba non prolixa, nec multo pilo, ſed in medio bifurcata, oculi apprimè nigri, & quibus terrore quis potuiſſet, ob venerandum fulgorẽ, concuti. Colli gutturisq; venæ, dum loquebatur, non ſanguine, ſed aëre videbantur plenæ; veſte vſus vnicâ & ſimplici ad talos vſq; demiſſâ. Caput ſemper nudum, & nudi pedes. Vocem edebat virilem, ſermonem tardum. Diſputans de Deo videbatur omnia ſacrarum lite-*

rarum

rarum ſecreta eſſe rimatus, cùm tamen ne literam quidem nouerat. Illud addã; cellulam eius fuiſſe longam duobus paſſibus & ſemis, latam vnius & dimidij, altam, vt capite eius ſummitatem tangeret. Feneſtrenulas hæc duas habuit, palmæ latitudinem referentes; nihil inſuper videbas, præter humilima ſcabella: quibus haud dubiè pro ceruicalibus vtebatur. Hæc adſcripſimus ob eã cauſam, quod hactenus non vidimus adnotata ab his, qui vitam eius viri literis mandârunt: quamuis Henricus Lupulus Canonicus Bernenſis homo planè doctus nihil pæne omiſerit: eius libellum propediem in lucem dabimus. Noſtri poetæ parens cum eo locutus fertur, cum auo poetæ ac eius maioribus bello interfuit. Poëta eo anno natus eſt, quando Nicolaus moritur, anno Chriſti 1488: *Filium eius Conſulem vidit poeta Siluaniæ anno à Ieſu Chriſti natali* 1510. Hæc Lu-

cernas

cernas ille ad veterem Lucernam, quæ olim ei in patriâ luxit.

Succenturiabo huic par nobile fratrum, alterum Tiguro, B. ſileâ oriundum alterum; is eſt Ioannes Stumphius notus per Germaniã Heluetiæ Chronographus; hic verò Henricus Pantaleon Proſopographus Heroum atq; illuſtrium Germaniæ virorum. Quorum prior lib. 7. cap. 4. de noſtro Nicolao agens hiſce eum deſcribit.

Breuis enumeratio vitæ, formæ ac domicilij F. Nicolai de Siluania, viri ſancti, ac præſtantis Eremitæ.

CIRCA annum milleſimum quadringenteſimum octogeſimum in Siluania ſupra ſiluam, adultus quidam ciuis, relictis cognatis ſuis omnibus, in eremum vallis Melchæ ſupra Saxellam seceſſit, dictus Frater Nicolaus. Reliquit poſt ſe decem liberos, æquali numero

mares fæminasq́. In hac eremo vitam duxit ſolitariam ſanctamq́ viginti & vno annis abſq́ omni corporali cibo potuq́. Aliqui radicibus eum victitâſſe opinantur. Indigenæ ſæpius omnes ad eũ vias obſederunt, vt obſeruarent, an aliunde occultè paſceretur. Certò tamen compertum eſt, hunc hominem Angelis conſimilem, naturæ humanæ fragilitatẽ ſuperâſſe, carneq́ veſtitum, carnis tamẽ neceſſitatibus exortem, ac minimè obnoxium fuiſſe. Precatio eius potiſſima fuit: O Domine accipe me mihi, & da me totum tibi &c Inter alia dicere ſolitabat, longè ſibi gratius accidiſſe, quod Deo fauente vxorem deſerere, quàm vitam ſine cibo degere licuiſſet. Vir erat erectæ & proceræ ſtaturæ, exſuccus tamẽ & exhauſtus, ita vt ſola cutis oſſibus hæreret ac neruis. Eius inediam etiam Proepiſcopus Conſtantienſis probauit, nullamq́ fraudem aut ſimulationem deprehendit

hendit, ita vt non niſi diuinitus eum ſuſtentari decerneret. Colore erat caſtaneo, capillis nigris canicie inſperſa, barba modicè promiſſa, rara, ac bifurcata, nigris, clariſuè oculis, ex quibus promicãs terror intuentes percellebat. Gutturales eius venæ, cùm loqueretur, aere potius, quàm ſanguine agitarì moueriq; cenſebantur. Veſte vna, eaq; talari vtebatur, capite pedibusq́; nudus. Vox eius virilis, ac moderatus ſermo. Ad ſe venientibus pœnitentiam, vitaquè emendationem ſuadebat. De Deo tam exactè ſubtiliterq; diſputabat, vt ſi ſacrarum paginarũ arcana omnia penetraſſet, cùm tamen rudis prorſus ac illiteratus fuerit. Cordis eius ſerenitas index erat infallibilis eius certitudinis, qua ſpes eius firma atq; inconcuſſa nitebatur, ita vt cum D. Paulo gloriam ſuam omnem in teſtimonio conſcientiæ ſuæ poneret? vnde ſubtriſtis nemini vnquam, ſed explicata ſemper

fronte

fronte viſus eſt. Futura ſæpius præme- morabat; Heluetios monebat pacem co- lere, laborem amare, patrijs curis inten- tos contentosq́; viuere, externa bella, Regum ac Principum confœderationes, obſequia, annuaſq́; penſiones cauere, eò quod hæc libertati eorum, paciq́; publicæ inimica eſſent. Domicilium eius, quod incolebat, ſeſquipaſſũ latitudine æqua- bat, vnoq́; tantùm paſſu longius erat; altitudo ſtaturam eius exæquabat, ita vt tabulatum vertice contingeret. Fe- neſtellæ duæ palmares lumen intromit- tebant. Nulla illic ſupellex, niſi humilia ſcabella duo, quorum ei fortè ad cape- ſcendam quietem vſus erat. Exceſſit è vita circa annum 1502. (Error hic in numeros irrepſit) *ac Saxellæ in ſuâ Parochiâ ſepultus eſt, quam ſemper in- uiſit, neque vnquam ab ea ſe ſeiunxit.* Hæc de Nicolao Stumphius ad ver- bum latinè reddita.

Pan-

Pantaleon autem Medicus parte 2. Proſopographiæ ſuæ anno Chriſti M CD LXXXVI. eundem etiam prolixè commendat. Miſſis autem ijs, quæ ex Stumphio deſumpſit, hæc inter alia de eo refert: *Erat,* inquit, *innocentiâ vitæ inſignis, qui ſtipendijs externorum Principum contemptis, ſuis laboribus, ſibi ac familiæ victum comparabat. Cùm hac ratione aliquandiu perſeueraſſet, tandem quorundam faſtu offenſus, ſeceſſum quærere, & huius mundi illecebras fugere cogitauit. Itaq; conſenſu impetrato, vxorem cum decem liberis reliquit, & ſe in ſolitudinem cōferens ſupra locum Saxlen exiguam cellā ſibi parauit.* Et paulò poſt: *Is ergo eo loco magna ſanctitate abſq; vllo cibo & potu vixit.* Plura alia, quæ lubens omitto, ſic deniq; concludit. *Eius memoria apud Heluetios recentiſſima exiſtit, ita vt parentes ſubinde pias huius*

viri

viri admonitiones ſuis filÿs & nepotibus merito inculcent. Hæc Pantaleon.

Adiungo his Ioſiam Simlerum Tigurinum, qui & ipſe Nicolaj laudes, quamuis ſtrictim perſtringit. Cùm enim de Stantianis illis Comitijs, quorum ſuperiùs pluribus memini, quibus ipſe Nicolaus præſens interfuit, fuſius diſceptaret, hiſcé tandem concludit: *Negotia ea omnia multis agitata Comitÿs, interuentu deniq; vnius Fratris Nicolai pÿ illius Siluani Eremitæ, qui tũ apud Heluetios omnes, tum vbiq; paſsim magnum ſanctitatis nomen obtinuit, deciſa ſunt.* Hæc ille. Ea igitur horum aliorumq; hæreticorum, quos breuitatis cauſa trãſeo, de Nicolao fuit fixa ſententia, ſanctũ virum fuiſſe, Deo placuiſſe, id prodigia ſupra naturæ vires facta teſtatum feciſſe. Quid igitur de fide eius dicẽt? an neſciunt illud Doctoris gentium,

ſine

Sine fide, impoſsibile eſt, placere Deo? Hebr. 11. Placuit Deo Nicolaus: & fides vtiq; eius Deo placuit; vera igitur fuit, falſa enim quî poſſet placere Deo? quod ſi deniq; vera fuit Nicolai fides, quemadmodum omnino fuit, falſa ſit oportet illa fides, quæ eius fidei aduerſatur, illamq́; damnat. Reſpicite igitur O miſeri! O excæcati: reſpicite, ne quem vos laudatis ac probatis, Nicolaus ipſe vos reprobet ac damnet.

CAPVT X.

Poſthuma Nicolai miracula.

INNumera ſunt illa, atque prorſus admiranda, quibus omnibus perſcribendis ingens volumen non ſufficeret. Id ergo ſolum hoc poſtremo huius hiſtoriæ loco agam, vt pius Lector probè cognoſcat, & multa & magna mirificum Deum ad Nicolai ſepul-

ſepulchrum hactenus operatum eſſe, atque etiamnum operari, quibus abundè ſatis declarauerit, quo loco apud ipſum ſit in cœlis, quotie eum etiam in terris haberi velit. Priore igitur loco teſtes nonnullos producam, qui de portentis ijs generatim loquentur; poſteriore verò prodigia quædam eiuſcemodi in paucas claſſes cogam, maximeq; ea, quę ad teſtificandam viri Dei ſanctitatē Romanę Curiæ diſcutienda atq; confirmanda tranſmiſſa ſunt.

Principiò igitur de primis poſt fata Nicolai miraculis primum eius vitæ ſcriptorem Henricum Lupulum breuiter ſic loquentem audiamus. *Mortuo*, inquit, *atq; ſublato iam Dei famulo, cuius tam dulcis in terris conuerſatio vniuerſis ad illum affluentibus Chriſti fidelibus virtutum ſpecimen extiterat, nolens miſericors Deus deuotum illi populum*

pulum iucundiſsimo ſpoliatum alloquio diuturnâ querelâ cruciari, non ceſſauit in hunc vsq; diem, multis ac varijs per eius ſuffragia conſolari miraculis. Percenſitis deinde inſignioribus aliquot eiuſmodi prodigijs, hæc deniq; ſubdit: *Et vt ſummatim tandem concludā, vix auditu credibile videtur, quot aut quantis in dies miraculis felix ille Pater coruſcat, cùm penè nullum morbi genus incuratum ad illius ſuffragia intermittatur. Maximè verò in febrientibus, quos illic exaudiri quotidie, atq; pro votis obtinere, tā Curatori Sacerdoti, quàm etiam ipſius Eccleſiæ in Saxlen deuoto gregi palam conſtat.* Hæc ille. Audiamus & alterum, Henricum Gundelfingium ſcilicet, in odis ſuis horarijs de Nicolao primo poſt eius obitum anno ſic cōcinentē: *Iſte verus Iſraëlita eſt, qui Dei tabernaculū inhabitat abſq; macula; per quem in hoc mundo quam-*

plures Deus oſtendit virtutes. Subiungit paulò poſt: *Cuius capiti Chriſtus coronam circumdedit virtutibus conſertam, dum per eum frequenter lãguidis reddidit dona ſalutis.* Sic ille breuiter de viri Dei miraculis cecinit. Omitto hîc teſtes illos reliquos, quos ſupra jam produxi; qui vno ore fatentur omnes, multis poſt mortem miraculis Nicolai nomen perpetuò claruiſſe.

Renvuardus Cyſatus inter alia de hoc Dei amico diſertè ſic loquitur: *Præterito ſæculo F. Nicolaus de Rupe, ut Deo quietius ſecuriusq; ſeruire poſſet, mundo ſeſe ſubduxit; atq; in patria eremo multos annos ſanctè ac ſobriè, imo ipſos propè viginti annos abſque omni corporeo alimento dégit, ac demum extremum ſuum diem piè clauſit; quæ omnia toti orbi nota, ac ſubinde quã pluriſmis miraculis comprobata in hodiernum*

etiam

etiam diem quotidianis prodigijs confirmantur. Plura eiuſdem generis ex eodem de hac materia libens prætereo. Sed & ſupremus Subſiluanæ Reip. Magiſtratus, inter alia, etiã miraculis ad Nicolaj tumbam editis luculentum anno M D XCI. publicis tabulis teſtimonium dedit, quod ad verbum ſuperioribus adhecto: *Viſum eſt matura inter nos deliberatione habita cõmuni conſilio teſtificari & confirmare, miracula, quæ præpotens Deus per hunc dilectum ſeruum ſuum, dum viueret, & deinceps poſt mortem operari dignatus eſt, tam varia tamq́ multa exiſtere, vt Scriptorum incuria non omnia, ſed minima eorum pars literarum monumẽtis ſit commendata. Cæterum ab auis noſtris & proauis ad nos vſq́ ſic pleraq́ perlata, non ſolùm in hac noſtra vniuerſa regione, ſed etiam in finitimis, alijsq́ longè diſsitis Prouincijs ſunt euulgata,*

quotidieq́; noſtro æuo nouis alijs ſuperuenientibus miraculis confirmantur. Quæ omnia bona & veraci fide noſtra ac honoris noſtri atteſtatione cõprobare poſſumus, præſentium literarum vigore, quas communi noſtro & publico, noſtraq́ Reip. proprio Sigillo communiuimus, 20. Ianuarij, anno 1591. Ita teſtantur Subſiluaniæ Primates. Eodem anno Andreas Zbæren Parochus Stantienſis, & Capituli Sexvir; bonâ ſanctâque fide affirmauit, ſe per annos octo & viginti continuos Saxellenſium, vbi Nicolaj condita ſunt oſſa, Curionem egiſſe, eoq́; toto tempore tot beneficia prodigioſa, tam indigenis quàm aduenis, ad virj DEI ſuffragia implorata à Deo conceſſa eſſe, præſertim circa febrientium liberationẽ, vt numerus eorum iniri non poſſit. Quod ipſum etiam peruetuſtus quidam codicillus, ante annos centum con-

cõſcriptus ab eiuſdem loci Curione quodam confirmat, innumeram nimirum multitudinem hominum viſitato viri Dei ſepulchro, ac piâ ſtipe datâ, à diuerſis morborũ generibus, & maximè febri, liberatos receſſiſſe. Atq; hæc generatim de Nicolai miraculorum teſtificatione. Nunc ſolenniora quædam ſpeciatim in paucos quoſdam vt dixi, paragraphos, diſtribuam.

PARAGRAPHVS I.

Ad Nicolai tumbam cæci illuminantur.

CIVIS quidam Subſiluanus viro DEI cognominis ex pago Invvil oriundus, neſcio quo caſu in extremam inciderat cæcitatem, ita vt jam non paucis diebus oculi eius nihil omnino luminis admitterent. Venit igitur in mentem, Nicolaj tumulum inuiſere, fuſiſque ad Deum

precibus cœlum ſibi, vnaque etiam oculos per viri Dei ſuffragia aperire. It, fatigat ſeſe Deumq; profuſis ſupplicijs, lacrimisue, ſed nihil mouet; redit cæcus ad patrios lares. Proximè inſecutâ nocte per quietem audire ſibi viſus eſt vocem seriò inclamātis, ſurgeret è veſtigio, lectoq; damnato vocātem curriculò ſequeretur. Surgit, apertiſq; oculis videre ſe etiā per tenebras ſentit; atque ex eo tempore viſu longè acutiore, quàm vnquam ante, valuit.

Sedunum Valleſię metropolis eſt, vbi honeſti cuiuſdam ciuis filia eodē infortunij genere tentata, tres ipſos menſes exoculata ſedit, ac cum tenebris luctata eſt, ſuaſêre familiares Nicolai opem implorare, ac peregrinationem ad eius cineres vouere. Implorat, vouet, viſum recipit, paucisue pòſt diebus voti reatu in Saxellenſi

æde,

ęde,adducto ſecum parente prodigij teſte,ſe cum gaudio abſoluit.

E Bernenſium dominatu vir quidam incautus tam grauiter oculorũ alterum parieti alliſit, vt omnem ex eo ſibi viuendi facultatem excuſſerit. Admotis varijs medicamentis cùm nihil cocles proficeret, cineribus Nicolaj ſupplex factus ex oculo cæcitatem omnem exterſit.

Prouectæ quidam ætatis Lungerẽſis in Subſiluania pagi incola, multis annis talpâ magis exoculatus, tandem in Nicolaj ſepulchro viſum requirere, eiq; obfirmato animo tãdiu inhærere ſtatuit, donec voti ſe damnatum oculis videret. Dat igitur ſeſe in viam, quam eodem quo pedibus premere cæpit momento, etiã oculis vſurpare, quamuis hebeti & ſubobſcurâ acie incipit. Pergit ſpe plen9, ac ſenſim tantundem videndo oculis

proficit, quantũ eundo pedibus promouet, pari viæ viſúſue incremento, ita vt eundem & viæ& cæcitatis quæſitum terminum tandem inueniret. Recuperatâ ergo prorſus oculorum vi, gratijs Deo ac Nicolao actis domũ redijt, multisque adhuc annis viuens videnſq; acceptum beneficium deprædicauit.

Pictoris cuiuſdã filius, cùm ſanus veſperi cubitum ſeceſſiſſet, manè oculos aperire non potuit, eò quod ingens tumor eos occluſiſſet, qui nullis medicamentis leniri aut abſtergi poterat. Vouit parens de filij oculis ſolicitus ad Nicolaum peregrinari, quod & fecit. Domũ reduci in via occurrit coniux, & jam alterũ oculorum ſponte recluſum nunciat, ſimulq; cum marito cubiculum ingreſſa mox etiam alterum reſerari cum gaudio conſpicit.

PA-

PARAG. II.

Surdi audiunt.

VIDIMVS videntes cæcos, nũc etiam de nonnullis ſurdis ad Nicolaj tumulum audientibus audiamus. Henricus Zviſſenbach Sibenthalenſis è Bernenſi ditione, decennẽ habebat filiolum, cui aures neſcio quo graui ſymptomate ita obſurduerant, vt ſupra ſolidi anni ſpatiũ nec vocem, nec ſonũ vllum perciperet. Subijt animum pij parentis, Nicolaj precibus ſurdũ cõmendare; dumq́; id agit, filij interea aures nõnihil aperiri cęperunt. Mox igitur itineri ſe cũ filio ad viri Dei ſepulcrum committit, vbi perfectam denique ipſi aurium audientiam impetrat.

Honeſta quædam matrona anno partæ ſalutis milleſimo quingenteſimo octogeſimo nono ſurdam filiam quindecim annos natam, ex voto ad

Nicolai aſceterium deduxit. Vbi Dei-param Virginem in æde ſacra prius pronæ conſalutârunt, mox viri DEI religioſam cellulam ingreſſæ; magno animi ſenſu pauimentum, ac parietes exoſculatæ ſunt. Tum ſurda filia ſuper ligneum Nicolai lectulum ſeſe abijcere, caput ſuper ſaxeum ceruical collocare, corpus velut ad quietem capeſſendam componere, atq; interim quinquies Dominicam orationē ac ſalutationem Angelicam percurrere. Mirum dictu, vix preces illas exoluit, cùm ſurditas omnis extemplo abſcedit, ſurgit auritis auribus, atque læta cum matre domum remeat.

Alteri cuidam honeſtæ matronæ viceſimo ætatis anno graues aurium dolores, omnem alterius auris vſum ademerant. Metuebat illa, ne vis mali etiam alteram obſtrueret. Arrepto igitur ad Nicolai ſepulcrum itinere,

Deo

Deo Diuoq; pro auriũ incolumitate aures cereas ſuſpendit, atq; hac ratione abſterſo omni dolore aures ſibi plenè reſtitutas ſentit.

Sarnenſis pagi obſtetrix toto auditûs ſenſu deſtituta, tẽtatis incaſſum multis remedijs, in Nicolaj denique ope ſpem omnem ponit. Spondet tribus ſextis ferijs cerearum aurium anathema ſepulcro eius ſe daturam; & ecce primus ad ſepulcrum acceſſus aures illi aperit, alter auditum auget, ac poſtremus deniq; prorſus perficit. Hæc de ſurdis pauca ex multis audita ſufficiant.

PARAG. III.

Claudi ambulant.

BEnedictus Lauſanenſium Pontifex, ac S. R. I. Princeps jam diu alterum pedem grauiſſimè affectum habebat, ita vt vix claudicante greſſu incedere poſſet. Et jam medicorum

Nicolai aſceterium deduxit. Vbi Deiparam Virginem in æde ſacra prius pronæ conſalutârunt, mox viri DEI religioſam cellulam ingreſſæ; magno animi ſenſu pauimentum, ac parietes exoſculatæ ſunt. Tum ſurda filia ſuper ligneum Nicolai lectulum ſeſe abijcere, caput ſuper ſaxeum ceruical collocare, corpus velut ad quietem capeſſendam componere, atq; interim quinquies Dominicam orationē ac ſalutationem Angelicam percurrere. Mirum dictu, vix preces illas exoluit, cùm ſurditas omnis extemplo abſcedit, ſurgit auritis auribus, atque læta cum matre domum remeat.

Alteri cuidam honeſtæ matronæ viceſimo ætatis anno graues aurium dolores, omnem alterius auris vſum ademerant. Metuebat illa, ne vis mali etiam alteram obſtrueret. Arrepto igitur ad Nicolai ſepulcrum itinere,

Deo

Deo Diuoq; pro auriũ incolumitate aures cereas ſuſpendit,atq; hac ratione abſterſo omni dolore aures ſibi plenè reſtitutas ſentit.

Sarnenſis pagi obſtetrix toto auditûs ſenſu deſtituta, tẽtatis incaſſum multis remedijs, in Nicolaj denique ope ſpem omnem ponit. Spondet tribus ſextis ferijs cerearum aurium anathema ſepulcro eius ſe daturam; & ecce primus ad ſepulcrum acceſſus aures illi aperit,alter auditum auget,ac poſtremus deniq; prorſus perficit. Hæc de ſurdis pauca ex multis audita ſufficiant.

PARAG. III.

Claudi ambulant.

BEnedictus Lauſanenſium Pontifex,ac S. R. I. Princeps jam diu alterum pedem grauiſſimè affectum habebat,ita vt vix claudicante greſſu incedere poſſet. Et jam medicorum

ars atq; induſtria defecerat, cum pio Præſuli noſter Nicolaus incidit, à quo pes afflictus officio ſuo reſtitui poſſet. Vouet igitur peregrinationē ad eius ſacra lypſana, atq; eueſtigio dolorum lenimen experitur. Mox ſurgit è lecto, ad iter ſe accingit, equum conſcendit, Saxellam, quamuis non ſine dolore, attingit, ad viri DEI ſepulcrū venerabundus procumbit, calidisq; ſupplicijs omnem breui tumorem pedis vna cum dolore abſtergit. Atq; hic eſt ille Pontifex, qui, vt ſupra memini me dicere, eximiam de Nicolaj ſanctitate opinionem ex hoc beneficio, alijsq; miraculis ad eius tumulū viſis, collegit, ac poſtea præſens laborauit, vt vir dei honoratius tumularetur.

Mirandum eſt, quod ſubijco. Danum quendam piſcatorem fædus tumor pedis ita claudicare coëgerat, vt

non

non niſi fulcris nixus ægrè, quo vellet ſerperet, atq; interim magnos dolores pateretur. Adhibet multa remedia, ſacra, profana; fruſtra omnia. Decernit deniq; quocunq; labore D. Iacobum Compoſtellæ in Gallitia viſere, atq; ab eo ſanitatem poſtulare. Venit ex Dania in Hiſpanias, ſacra illa limina ſubit, precatur, ſed nō auditur, inſtat, ſed nihil exorat. Cumque jam domuitionē meditaretur, nocte quadam per ſomnium admonetur, iter ſuum in Germaniam adornet, inter Helueticas alpes Nicolaum Heremitā quieſcere, eius ſe precibus cōmendet, ſic deniq; fore, vt ad priſtinum vigorem pes redeat. Experrectus Nicolaj nomen inuocat, eius oſſa quātocunque itinere ac labore adire ac venerari pollicetur, & extemplo cruciatum pedis mitigari ſentit. Deſiderio igitur recuperandi pedis incenſus, viam lō-

ginquam ac laborioſam claudus ingreditur, ac demum magnis difficultatibus perfunctus S xellam venit, diuino ſacrificio aſſiſtit, ſuum etiam munus offert, ac derepente pedis integritatem recipit, exilit omnibus inſpectantibus ac ſtupore defixis, fulcra ſuſpendit, ſanuſq; & alacer in patriam reuertitur.

Margaretham Rotbergin Heidelbergenſem matronam acutiſſimus pedis dolor ita lecto affixerat, vt octo circiter menſium ſpatio pedem inde efferre non poſſet. Vrebatur occultâ neſcio qua flammâ, ita vt ſuperfuſa guttatim aqua inſtar fumi euaporaret nec ei æſtus ille partem vllam quietis relinqueret. Conſulti Medici, nec morbum agnoſcunt, nec inueniunt morbo medicinam ſalutarem. Ad Nicolaum igitur cõuerſa deſperata mulier ſpondet, ſi per pedes liceat, ſacrã eius

eius tumbam adire, ſtatimq́; voti rea, quod ægra pollicita fuerat, integris pedibus exequitur.

Rhetus adoleſcens trimeſtri pedũ morbo impeditus gradi nuſquã poterat, atq; interim atroces cruciatus perpetiebatur. Implorant pij parẽtes Nicolaj opem, & ecce ſequenti diluculo ſtrato ſurgentem filium, rectéq; ambulantem excipiunt.

Nata cuidam filia recuruâ atq; inuersâ dextri pedis plantâ, quod vitiũ cùm mater nequicquã ligando emẽdare conaretur, parens voto Nicòlao facto intra breue tempus coerrxit.

Fœmina quædam crus alterũ grauiſſimè læſerat, ita vt ad lectulum ſe jam penitus damnatam arbitraretur. In diuino tamen præſidio ſpem ponens, votum Nicolaj cineres viſendi nuncupat. Ex voto ita remittit malũ vt ſtrato ſurgere, ac ſuſtentaculis ni-

xa ad viri Dei tumbam claudicare potuerit, vbi inuocato Dei ac Nicolaj auxilio omnem pedis infirmitatem vnâ cum fulcris, quibus ægra adreſpſerat, abiecit.

Indigenæ cuidam neſcio quis grauior morbus alterius pedis neruos ita contraxerat, vt illo pede terram contingere nequaquam poſſet, imò vt non niſi ligneis pedibus ſuffultus, ac pede illo affecto ad collũ ſuſpenſo ambularet. Per votum Nicolao editũ id impetrat, vt quamuis contracto adhuc pede, ſine fulcris tamen eius oſſa inuiſeret. Cumq; in genua non poſſet, in manus procumbens humi demiſit corpus, atque in ardentibus precibus perſeuerare deſtinauit, donec reſtitutis neruis erectus ſtare, ac domũ redire poſſet; quorũ vtrumq; breui impetrauit. Similia plura omitto, quia omnino ſimilia.

PA-

PARAG. IV.

Moribundi reſurgunt.

EX alto præceps ruens puer in præacutam ſudem collum tam fortiter impegit, vt ex perforato gutture ſudes non niſi iterum iterumq; adhibita magnâ violentiâ velleretur. Secutus eſt ingens iuguli tumor, qui ſpiritum puero jam jamq; intercluſurus videbatur. Suſtollunt filium parentes, atq; ad Nicolaj ſepulcrum delato vitam ſanitatemq; expoſcunt; ſubſidit continuò tumor, redit ſpiritus liberior, guttur ſaucium breui conſanatur.

Matrona quædam ſuum ex ſorore nepotem, infantem admodum, nutriendum ſuſceperat. Euenit autē nocte quadam, vt eodem cum ancillâ lecto decumbens, alumnum hunc mediū inter vtramq; collocaret, altoq; ſomno mergeretur. Vbi demum euigila-

uit,

uit. infantem oppreſſum, ac penitus ſuffocatum reperit. Surgunt vtraque lecto, in exanimi corpuſculo ſolicitè animam quærunt, totâ horâ lamentantur, ac demum vbi actum agere ſe vident, ad cœleſtem conuertuntur opem, voto Nicolao ſe obſtringunt, atq; ita ex tempore exulem jam animulam vnâ cum integerrima ſanitate in corpuſculum reuocant.

Alius cuiuſpiã matronæ filio nocte intempeſtâ dormienti grauis quidam ac tam copioſus humor gulam occupârat, vt jam nõ procul à ſuffocatione abeſſet. Eum tamen noxium humorem votum Nicolao factum in momento abſterſit.

Viro cuidam inter prandendum buccella bubulę ita in bucca hęſerat, vt neq; traijci neq; egeri vlla ratione poſſet. Ipſos quatuordecim dies ægrè trahebat animam, & jam non niſi

te-

tenuiſſima juſcula, eaq́; modicè admittebat. Cùm itaque mortem jam propè præſentem intueretur, ſub veſperam voto ſe obligat, poſtridie, ſi ſuperuiuat Nicolaj cineres ſalutandi, atq; ita cubitum diſcedit, ſomnoque arcto ſopitur. Vt primum autem euigilauit, impedimentum gulæ, neſcio, quâ viâ, prorſus abſceſſiſſe, eiq́; liberos reſpirandi, cibiq́; ſumendi meatus reliquiſſe ſenſit.

Ciuis honeſtus gemina huiuſce generis beneficia in geminâ ſuâ prole expertus eſt; trimulus ei erat, qui ab æqualibus inter infantiles ludos exacerbatus adeò irâ excanduerat, vt epilepſi quadam ſideratus ſæpius humi proſterneretur, atque interclufis ſpiritibus propè ſuffocaretur. Menſẽ totum afflixit puſionem graue hoc malum, ipſumq́; ita deniq; terræ alliſit, vt à circumſtãtibus jam prorſus

con-

conclamatus, nihil niſi ſepulcrum expectaret: Verùm pij parentes voto ad Nicolaũ pro eo facto, vitam, quã ante jam dederant, nunc vnâ cum bona ac conſtanti valetudine reſtituerunt. Eodem etiam remedio filiã epilepticam, & jam cum morte luctantem, ex eius faucibus eripuerũt.

Decennis puer parentem ad ligna conuehenda comitatus, incautè neſcio quo caſu lapſus, ſub bobus, qui arborẽ craſſam, ac quindecim pedes longam trahebant, corruit. Pergebãt nihilominus boues pondus, ſub quo puer ingemiſcebat, promouere, ita vt compreſſus miſer, ac prorſus exanimis jaceret. Accurrit attonitus pater, in genua ſe demittit, Nicolaj patrocinio filium commendat, vouet ſepulcrum eius ſupplex viſere, ac cõtinuò cernit puerum reuiuiſcere, ita vt reſurgeret, ac denique ſemihoræ

ſpa-

ſpatio totus ſibi reſtitueretur:

Anno 1607. incurius quidam paterfamilias filiolũ manibus elapſum fortuito caſu ita terræ afflixerat, vt effracto craneo omnis jam vitæ expers jacere videretur. Et jam deſperabũdus parens metu Magiſtratûs in vicino Cœnobio aſylum quærere meditabatur, cùm ſubitò ſubit animũ, Nicolai noſtri patrociniũ explorare. Mandat igitur familiæ, in genua ſe protinus conijciant, ac ſinguli quinquies recitatâ Dominicâ prece, ac ſalutatione Angelicâ Nicolaum honorent, eiuſq; opem implorent. Et ecce inter precandum puellula ſolo afflicta parentes viuâ voce inclamat, humoq; ſana atq; incolumis ab ijſdem ſuſtollitur.

Ex quatriduanâ cœli intemperie in Subſiluaniâ aquæ omnes immane quantum intumuerant, cùm ciuis

quidam

quidam Alpnacenſis domum redituriens in grauiſſimũ vitæ diſcrimen deuenit. Põticulus, quem tranſibat, vndarum violentiâ diſiectus, in rapidiſſimum torrentem eum præcipitauit. In eo periculo Nicolao voto nũcupato ſe commendat, atq; ita nixus aſſeri, ex pontis diffracti ruderibus euadere ſperat, cùm ecce ingentis lapidis violentâ alluuione ab aſſere diuulſus, inter fluctuum inuolucra ſine adminiculo diu luctatus, alterum votum concipit pro incolumitate ſua, atq; ita longius abreptus in arenarum cumulum medijs vndis extãtem eijcitur. Illic omni humanâ ope destitutus, metuens ne totus madidus frigore, aut alio infortunio per noctem periret, tertio ſe voto Nicolao adſtringit, itaq; rudi ſtipite duce vadum tentat, ac tandem per rapidiſſimos vndarum vortices non ſine mi-

miraculo in littus euadit. Corp⁹ eius totum vnus erat liuor tumorq́; , ita eum ſaxa inter aquas contuderant, veſtes eius arenâ ac lapidibus tã erant ponderoſæ, vt ſexaginta libras excederent.

Viginti vectores vnâ nauiculâ lacu Subſiluanienſi Lucernam tẽdentes, exortâ graui tempeſtate, ventis ſe vnâ cum naui ac procellis fruſtrato omni labore permittere coacti ſunt. Ingemiſcebat ſub aquarum pondere nauis, nec poterat etiã pileis exhauriendo leuari. Omnibus deſperatis, votum deniq; Nicolao factum tempeſtatem ſedauit, & jam depoſitos periculo exemit.

Fœmina Subſiluana Fravvenfeldio rediens Tiguri in grauem morbum incidit. Dolebat loco non Catholico inexpiatam ſe mori; Nicolaj patrocinio vires exorat, quibus ad

ginquam ac laborioſam claudus ingreditur,ac demum magnis difficultatibus perſunctus Saxellam venit, diuino ſacrificio aſſiſtit, ſuum etiam munus offert,ac derepente pedis integritatem recipit,exilit omnibus inſpectantibus ac ſtupore defixis,fulcra ſuſpendit,ſanuſq; & alacer in patriam reuertitur.

Margaretham Rotbergin Heidelbergenſem matronam acutiſſimus pedis dolor ita lecto affixerat,vt octo circiter menſium ſpatio pedem inde efferre non poſſet. Vrebatur occultâ neſcio qua flammâ, ita vt ſuperfuſa guttatim aqua inſtar fumi euaporaret nec ei æſtus ille partem vllam quietis relinqueret. Conſulti Medici, nec morbum agnoſcunt, nec inueniunt morbo medicinam ſalutarem. Ad Nicolaum igitur cõuerſa deſperata mulier ſpondet,ſi per pedes liceat, ſacrã

eius

eius tumbam adire,ſtatimq́; voti rea, quod ægra pollicita fuerat, integris pedibus exequitur.

Rhetus adoleſcens trimeſtri pedũ morbo impeditus gradi nuſquã poterat, atq; interim atroces cruciatus perpetiebatur. Implorant pij parẽtes Nicolaj opem, & ecce ſequenti diluculo ſtrato ſurgentem filium, rectéq; ambulantem excipiunt.

Nata cuidam filia recuruâ atq; inuersâ dextri pedis plantâ, quod vitiũ cùm mater nequicquã ligando emẽdare conaretur, parens voto Nicòlao facto intra breue tempus coerrxit.

Fœmina quædam crus alterũ grauiſſimè læſerat, ita vt ad lectulum ſe jam penitus damnatam arbitraretur. In diuino tamen præſidio ſpem ponens, votum Nicolaj cineres viſendi nuncupat. Ex voto ita remittit malũ vt ſtrato ſurgere, ac ſuſtentaculis ni-

xa ad viri Dei tumbam claudicare potuerit, vbi inuocato Dei ac Nicolaj auxilio omnem pedis infirmitatem vnâ cum fulcris, quibus ægra adreſpſerat, abiecit.

Indigenæ cuidam neſcio quis grauior morbus alterius pedis neruos ita contraxerat, vt illo pede terram contingere nequaquam poſſet, imò vt non niſi ligneis pedibus ſuffultus, ac pede illo affecto ad collũ ſuſpenſo ambularet. Per votum Nicolao editũ id impetrat, vt quamuis contracto adhuc pede, ſine fulcris tamen eius oſſa inuiſeret. Cumq; in genua non poſſet, in manus procumbens humi demiſit corpus, atque in ardentibus precibus perſeuerare deſtinauit, donec reſtitutis neruis erectus ſtare, ac domũ redire poſſet; quorũ vtrumq; breui impetrauit. Similia plura omitto, quia omnino ſimilia.

PA-

PARAG. IV.

Moribundi reſurgunt.

EX alto præceps ruens puer in præacutam ſudem collum tam fortiter impegit, vt ex perforato gutture ſudes non niſi iterum iterumq; adhibita magnâ violentiâ velleretur. Secutus eſt ingens iuguli tumor, qui ſpiritum puero jam jamq; interclu-ſurus videbatur. Suſtollunt filium parentes, atq; ad Nicolaj ſepulcrum delato vitam ſanitatemq; expoſcunt; ſubſidit continuò tumor, redit ſpiritus liberior, guttur ſaucium breui conſanatur.

Matrona quædam ſuum ex ſorore nepotem, infantem admodum, nutriendum ſuſceperat. Euenit autē nocte quadam, vt eodem cum ancillâ lecto decumbens, alumnum hunc mediū inter vtramq; collocaret, altoq; ſomno mergeretur. Vbi demum euigila-

uit,

uit, infantem oppreſſum, ac penitus ſuffocatum reperit. Surgunt vtraque lecto, in exanimi corpuſculo ſolicitè animam quærunt; totâ horâ lamentantur, ac demum vbi actum agere ſe vident, ad cœleſtem conuertuntur opem, voto Nicolao ſe obſtringunt, atq; ita ex tempore exulem jam animulam vnâ cum integerrima ſanitate in corpuſculum reuocant.

Alius cuiuſpiã matronæ filio noctc intempeſtâ dormienti grauis quidam ac tam copioſus humor gulam occupârat, vt jam nõ procul à ſuffocatione abeſſet. Eum tamen noxium humorem votum Nicolao factum in momento abſterſit.

Viro cuidam inter prandendum buccella bubulę ita in bucca hęſerat, vt neq; trajici neq; egeri vlla ratione poſſet. Ipſos quatuordecim dies ægrè trahebat animam, & jam non niſi

te-

tenuiſſima juſcula, eaq; modicè admittebat. Cùm itaque mortem jam propè præſentem intueretur, ſub veſperam voto ſe obligat, poſtridie, ſi ſuperuiuat Nicolaj cineres ſalutandi, atq; ita cubitum diſcedit, ſomnoque arcto ſopitur. Vt primum autem euigilauit, impedimentum gulæ, neſcio, quâ viâ, prorſus abſceſſiſſe, eiq; liberos reſpirandi, cibiq; ſumendi meatus reliquiſſe ſenſit.

Ciuis honeſtus gemina huiuſce generis beneficia in geminâ ſuâ prole expertus eſt; trimulus ei erat, qui ab æqualibus inter infantiles ludos exacerbatus adeò irâ excanduerat, vt epilepſi quadam ſideratus ſæpius humi proſterneretur, atque intercluſis ſpiritibus propè ſuffocaretur. Menſẽ totum afflixit puſionem graue hoc malum, ipſumq; ita deniq; terræ alliſit, vt à circumſtãtibus jam prorſus

con-

conclamatus, nihil niſi ſepulcrum expectaret: Verùm pij parentes voto ad Nicolaū pro eo facto, vitam, quā ante jam dederant, nunc vnâ cum bona ac conſtanti valetudine reſtituerunt. Eodem etiam remedio filiā epilepticam, & jam cum morte luctantem, ex eius faucibus eripuerūt.

Decennis puer parentem ad ligna conuehenda comitatus, incautè neſcio quo caſu lapſus, ſub bobus, qui arborē craſſam, ac quindecim pedes longam trahebant, corruit. Pergebāt nihilominus boues pondus, ſub quo puer ingemiſcebat, promouere, ita vt compreſſus miſer, ac prorſus exanimis jaceret. Accurrit attonitus pater, in genua ſe demittit, Nicolaj patrocinio filium commendat, vouet ſepulcrum eius ſupplex viſere; ac cōtinuò cernit puerum reuiuiſcere, ita vt reſurgeret, ac denique ſemihoræ ſpa-

ſpatio totus ſibi reſtitueretur:

Anno 1607. incurius quidam paterfamilias filiolũ manibus elapſum fortuito caſu ita terræ afflixerat, vt effracto craneo omnis jam vitæ expers jacere videretur. Et jam deſperabũdus parens metu Magiſtratûs in vicino Cœnobio aſylum quærere meditabatur, cùm ſubitò ſubit animũ, Nicolai noſtri patrociniũ explorare. Mandat igitur familiæ, in genua ſe protinus conijciant, ac ſinguli quinquies recitatâ Dominicâ prece, ac ſalutatione AngelicâNicolaum honorent, eiuſq; opem implorent. Et ecce inter precandum puellula ſolo afflicta parentes viuâ voce inclamat, humoq; ſana atq; incolumis ab ijſdem ſuſtollitur.

Ex quatriduanâ cœli intemperie in Subſiluaniâ aquæ omnes immane quantum intumuerant, cùm ciuis quidam

quidam Alpnacenſis domum rediturieus in grauiſſimũ vitæ diſcrimen deuenit. Põticulus, quem tranſibat, vndarum violentiâ diſiectus, in rapidiſſimum torrentem eum præcipitauit. In eo periculo Nicolao voto nũcupato ſe commendat, atq; ita nixus aſſeri, ex pontis diffracti ruderibus euadere ſperat; cùm ecce ingentis lapidis violentâ alluuione ab aſſere diuulſus, inter fluctuum inuolucra ſine adminiculo diu luctatus, alterum votum concipit pro incolumitate ſua, atq; ita longius abreptus in arenarum cumulum medijs vndis extãtem eijcitur. Illic omni humanâ ope deſtitutus, metuens ne totus madidus frigore, aut alio infortunio per noctem periret, tertio ſe voto Nicolao adſtringit, itaq; rudi ſtipite duce vadum tentat, ac tandem per rapidiſſimos vndarum vortices non ſine mi-

miraculo in littus euadit. Corp⁹ eius totum vnus erat liuor tumorq́;, ita eum ſaxa inter aquas contuderant, veſtes eius arenâ ac lapidibus tã erant ponderoſæ, vt ſexaginta libras excederent.

Viginti vectores vnâ nauiculâ lacu Subſiluanienſi Lucernam tēdentes, exortâ graui tempeſtate, ventis ſe vnâ cum naui ac procellis fruſtrato omni labore permittere coacti ſunt. Ingemiſcebat ſub aquarum pondere nauis, nec poterat etiã pileis exhauriendo leuari. Omnibus deſperatis, votum deniq; Nicolao factum tempeſtatem ſedauit, & jam depoſitos periculo exemit.

Fœmina Subſiluana Fravvenſeldio rediens Tiguri in grauem morbum incidit. Dolebat loco non Catholico inexpiatam ſe mori; Nicolaj patrocinio vires exorat, quibus ad

Catholicam ditionem deuenire poſſit. Venit in pagum Lucernenſem, atque inde viribus denuò defecta in Vrbem deportatur, vbi ex Medico intelligit, nullam diuturnioris vitæ ſpem ſupereſſe. Ad Nicolaum igitur denuò conuerſa, vouet eius templo pileum, quem domi habebat, ſuperbum ac pretioſum, ſi conualeſceret. Conualuit, ſed aliquandiu voti immemor rurſus ægreſcere cœpit, vnde anathema quidem deuotum templo attulit, ſed pretio tamen redemit. Rediȷt igitur grauior, quàm ante, morbus, eamque tam pertinaciter afflixit, vt deniq; apud Sacerdotem & noxias, & anathema depoſuerit.

Atque ita triduo poſt longum iter & arduum ad thermas Valleſianas pedes confecit.

PA-

PARAGRAPH. V.

Cephalalgici, epileptici, phrenetici curantur.

IOANNES Sartor Eiſtadij ad Almonium ciuis ipſos quinq; annos graui capitis vertigine agitatus, plano ſæpius ſolo affligebatur. Is, vbi ad eum fama de Nicolaj miraculis perlata eſt, relictâ patriâ, longo itinere ad alpes Subſiluanas contendere cępit, atq; intereundum cephalalgiam omnem prorſus amiſit.

Graui epilepſi laborabat filius Ioannis Rütiman, ita vt totos quatuor annos humi ſæpius dejectus diu ſatis ſpumans volutaretur. Nullũ ex humanis medium profuit. Delatus ad Nicolaj ſepulchrum bis terúe, tertiâ demum vice ita crudeliter comitiali morbo abreptus, atq; humi contortus eſt, vt de ſalute eius præſentes deſperarent. Redijt puer ad ſe, ſed mor-

bus Dei ac Nicolaj beneficio ad puerum deinceps non redijt.

In Lucernenſium ditione vir quidam acerbos capitis dolores patiebatur; ferreo ſibi clauſtro tempora conſtringi, aurem vtramque clauo perforari identidem clamitabat; amentiam omnes metuebant. Sed Nicolaj imploratum auxilium vim morbi paulatim fregit, ita vt ipſe breui ſanus pro impetratâ incolumitate Deo Diuoq; gratias Saxellæ referret.

Comitialem morbũ plurimis extinxit Nicolaj patrocinium. Id quod faſſus eſt Fürſtenbergenſis quidam Vdalricus Molitor, qui Nicolaum, dum inter viuos adhuc degeret, cõuenerat, itaq; cum eo familiariter egerat, vt vterq; mutuum inter ſe ſacrorum ſuppliciorum fœdus perpetuò ſtabilierit. Cùm igitur vir iſte decennio poſt filiam ſuã moleſtiſſimâ

epi-

epilepſi laborantem cōſpiceret, memor initi fœderis Nicolaum in vota vocauit,ac repente eam ſibi penitus reſtitutam oblato ad viri Dei ſepulcrum anathemate teſtatus eſt.

Eiuſdem beneficij accepti teſtes literas dedit Henricus Krieg Burgdorſenſis è Bernatum dominio, comitiali enim morbo laboranti filiæ ſuæ comes ipſe, ad viri Dei ſepulcrum factus, incolumem eam domum reduxit.

Eandem gratiam à DEO Nicolaj ſuffragio ſe accepiſſe,vt primum vicini pro eo viri Dei nomen interpoſuerunt, Turicenſis quidam adoleſcens confeſſus eſt.

Phrenitem etiam à multis pepulêre viri Dei implorata ſuffragia.Duę matronæ in Subſiluania ſub ijſdem laribus habitabant, & erat vtrique proles trima,quæ cùm veſpere quo-

dam colluderent, eodem temporis punćto periculoſa phreneſi correptę horrendis motibus humi volutabã-tur. Miſerandum illud ſpećtaculum quinas ſenaſúe horas matres & vicinos accurrentes ſpećtatores jam tenuerat, cùm ecce tibi alterius infãtis germana ſoror natu grandior ad Nicolaj ſepulchrum afflićtos deuouet; quod votum vixdum conceptum, quietem primùm, ac deinde etiam altum ſoporem ægris induxit. Mirũ dićtu, duabus horis dormitum, ac deinde vnâ cum ſomno omnis prorſus ægritudo excuſſa receſſit.

Alteri cuidam matronæ grauis cephalalgia oborta, in paſſiones deniq; phreneticas deuoluta eſt. Nočtes fœmina ducebat inſomnes, impotẽs animi doloris magnitudine humi oblućtabatur. Ridebat tamen ex interuallo ad mentem, atque interim Ni-

Nicolaj memor,ad eius apud Deum merita confugiebat. Obſecrat valetudinem, vouet ad ſepulcrum eius peregrinari, atque ex cerâ anathema ſuſpendere. Quo facto extemplo ſomno corripitur, phrenitim omnẽ edormit,& poſtridie incolumis voti reatu ſe exoluit.

PARAG. VI.

Calculo, Stranguriâ, Herniâ laborantes liberantur.

BErchtoldus Feer ad D. Virginis in Eremo, vt vocant, Parochus, calculi, ſtranguriæq; tormentis affligebatur, ipſas quater denas hebdomades ægerrimè lecto affixus hæſitabat. Fruſtra erant remedia, dolores perpetui, ſpes vitæ prorogandæ exigua. Nicolaus incolumitatis ſpem deſperato fecit, poſtquam enim is in ſubſidium vocatus eſt, continuò vis mali ſolui, ingens calculus per fiſtu-

lam volui, arena plurima ſequi, vnâ cum perfectâ ſanitate cæpit. Venit paucis poſt diebus ipſe huius miraculi teſtis Saxellam, ac viro Dei poſt Deum in acceptis vitam ſanitatemq; ſuam retulit.

Tigurina quædam fœmina filium toto jam anno cum calculo luctantem, atq; ad extrema doloris intolerantiâ deductum, Nicolao, interpoſitâ ad eius ſacram vrnam peregrinationis, religioſique muneris deuotione, commendauit. Proximâ noctu calculus fabę magnitudine egeritur, ac ſubſecuta ſanitas matrem deuotionis ream facit.

Nimio ſeſe ciuis quidam Subſiluanus lignorum faſce onerauerat, ita vt ſub pondere gemens herniã contraxerit. Spopondit ſepulcro Nicolai cereum anathema, eademq; nocte, quâ ſpopondit, vitio omni carere,

om-

omniq́ue dolore vacare cæpit.

Filium ſuum parens quidam in Subſiluania fabro ferrario tradiderat, vt artem illã addiſceret; ſed herniosſum eſſe filium neſciebat, id enim vitium pueri verecundia celauerat. Verùm enim vbi laboris grauitate ad incudem malũ ſenſim increſcere, ipſeq́ue malleo ſuſtollendo magis magiſq́; impar fieri cæpit, res jam celari amplius non potuit. Conſuluntur Chirurgi, herniam produnt; ad Nicolaum parentes perfugiunt, ſacris eius cineribus aduoluuntur vna cum filio, eiq́; extemplo omnem integritatem impetrant.

Ligniſeca quidam, operi ſuo grauius aliquando intentus, eodẽ morbo rumpitur; ſed apud Nicolai ſepulchrum fuſis Deo ſupplicijs ſuppliciũ deprecatur, ac damnum protinus reſarcit.

Septennis puer neſcio quo caſu aut ſaltu hernia laborare,itáq; in dies augeſcente malo deficere cæpit,vt in ſupremum denique vitæ diſcrimen vocaretur. Soliciti parentes ad Nicolai mauſolæum excurrunt, caro pignori incolumitatem expoſcunt, & exorāt,domi enim, dum ipſi abſunt, puer integrè conualeſcit.

PARAG. VII.

Venena ac Veneficia pelluntur.

Contagioſa lue adoleſcens quidam ita correptus erat, vt vis veneni ex altero crure triplici vlcere protuberaret;conclamatus jam erat, nec apparebat niſi in Nicolai patrocinio , medicina. Concipit votum parens, & crus cereum anathemati deſtinat, redit interim filio ſanitas, perſanantur duo vlcera, tertio remanente, ſed innoxio, ita vt præſens vnà

cum

cum parente filius ſepulcro viri adeſſe, votoq; ſe liberare potuerit. Sed quia votiuæ ceræ pretium perſolutũ nondum erat, tertium illud patens vlcus adeò ſenſim profecit, vt magno altoq; meatu tibia hiaret, nec prius coaleſcere cæpit, donec poſt aliquot menſes apud creditorem debito ſe exſoluerent.

Vir quidam Seduno Valleſianorũ metropoli oriundus, caſu an veneficio toxicatus, derepente toto corpore ita intumuerat, vt tumorẽ thorace non ferente, diſſectis manicis, cutis fædè diſtenta tantùm nõ rumperetur. Nicolai imploratum ſubſidium à præſenti interitu deſperatum vindicauit; Mox enim, vt voto ſe obſtrinxit miſer, quâ datâ portâ, ore ſcilicet; auribus, naribus, vmbilico, ipſis etiam ſecretioribus corporis partibus mortale virus prorumpens, ita de-

deniq; eum prorſus deſtituit, vt breui priſtinæ incolumitati reſtitueretur.

Alius quidam hauſto vnde vnde veneno, in morbum tam peſtilẽtem incidit, vt in phreneſin itentidem abriperetur, validiſq; cruciatibus exhauſtus à morte haud procul abeſſet. Nihil profuêre remedia varia, vndecunq; quæſita; ventum tandem ad Nicolai ſacrum tumulum, ibiq; malo præſens medicamen inuentum.

Anno vndecimo ſupra milleſimũ ſexcenteſimum grauis peſtilitas totã prope Heluetiã ita afflixit, vt funeſta ei prorſus vbiq; facies eſſet; ſola Subſiluania eaq; tota immunis fuit, quãuis peregrinis omnibus ad viri Dei mauſolæũ nullâ diſcriminis habitâ ratione aditus pateret. Imò quãplurimis ſæuâ lue jam comprehenſis ſaluti fuit, Subſiluaniam ingreſſos ad

Ni-

Nicolai tumulum adrepſiſſe. Quin etiam integræ Communitates, quas peſtis infeſtabat, ſolenni pompâ eodem procedentes admiſſæ, nō tantū Subſiluaniam non infecerunt, ſed etiam infectionem ex ſuiſmet finibus expulerunt. Atq; ita patria incolumitatē illam ſolenni Medico ac Patrono ſuo inſtituta ex omnibus pagis ſupplicatione acceptam retulit.

Iactabatur vir quidam è Glaronēſium ditione oriundus neſcia qua incognitâ inualetudine ſæpe ad amentiam vſque; nihil valuêre medicinæ, veneficium omnes ſuſpicabantur. Adductus is ad viri Dei monumentum, dum orat, fragmenta de ferratis equorum calceis, clauis, cultellis, alijſque id genus ſcrutis, quæ etiamnum Saxellæ oſtenduntur, per vomitum, vna cum tota ægritudine eijcit.

PARAG. VIII.

Parturientibus ſubuenitur.

VIRI in Sarnenſi Siluanorum metropoli primarij coniunx in grauiſſimo partûs periculo præſentē Nicolai opem ſenſit. Tranſuerſus in vtero hærebat fœtus, nec niſi brachiolum inde promittebat, deſperabāt circumſtantes vtriuſq; vitam, fruſtra erat, cùm puerperæ, tum etiam obſtetricantium labor. Succurrit denique Nicolaum inclamare, vt tantæ neceſſitati ſuccurrat. Eo facto, protenta infantis manus trino motu vitale indicium dedit, ac viciſſim Curionis conſilio vitalis lauacri fóntem ſacrum recepit; mox deinde exanimis fœtus haud magno labore eiectus, liberam parentem ac innocuā reliquit.

Alia fœmina viginti tres annos nata, grauem jam vterum ferens, in

grauem morbum ac totius corporis tumorem inciderat, ita vt ipſi infelicem partum nemo prudens non ominaretur. Adit ipſa Nicolaj tumulũ, eiusque opem ſupplex rogat, paulò pòſt mirãtibus omnibus detumeſcit viuamq; ac vegetam prolem ipſa etiã incolumis ſine magna difficultate in lucem edit. Eadem vndenis pòſt annis denuò grauida, eodemq; tumore inflata, eandem opem in partu feliciter experta eſt.

Lucernenſis quædam matrona haud ignobilis quatriduum jam in partu fruſtra laborârat, accedebãt ad partûs difficultatem etiã totius corporis grauiſſimæ conuulſiones, ita vt de eius vita jam conclamatum eſſet. Affertur interim indumentum illud Nicolai, quod in templo Societatis Ieſu Lucernæ aſſeruari ſupra memorauimus, puerperę inijcitur, eiq; intra

ſemihoræ morám felicem affert atq; viuam parturitionem.

Alteri cuidam matronæ in partu ad necem vſq; laboranti pius maritus voto Nicolao nuncupato ſuccurrit, editus enim in lucē puſio vix pugno maior, priusquam ſanguine ſuffocaretur, ſalutari fonte ablutus, matrem ſuperſtitem ac incolumem reliquit.

PARAG. IX.

Febrientes recreantur.

REuerendus D. Rudolphus Vetinger Tugij natus, Sarnenſis ædis Sacellanus, ardentiſſima quondam febri correptus, ingenti ardore diu multumq; æſtuabat. Subijt denique animum, à Nicolao remedium morbo petere, vouitq; tribus ſextis ferijs eius ſacra lypſana venerabundus inuiſere. Continuò deferbuit febrilis

brilis æſtus, ac paulò pòſt omnis languor euanuit.

Erat viro per Subſiluaniam noti nominis octennis filiolus, quem jam diu cum febri luctantem, ac morti quàm vitæ viciniorem, adhibitis nequidquam multis remedijs, tandem Nicolao deuouit. Valuêre preces, nã infirmus conualuit, totaq; vitâ nihil amplius febriie ſenſit.

Idem beneficij genus cuidã è Societate noſtrâ Theologo non ita pridem à Nicolao præſtitũ. Cùm enim is in Collegio noſtro Lucernenſi Theologiam moralem profiteretur, in grauem ac periculoſam febrim incidit, quæ Medicorum artem ac diligentem operam diu pertinaciter eluſit. Ad altiora igitur remedia pius Pater cõuerſus, Eremitæ noſtro ſupplex accidit, ſanitatẽ petit, ſpondet, quamdiu Lucernæ per obedientiam

dege-

degeret, ac beneuolis ſuis Superioribus liceret, quotannis eius ſacra oſſa religiosè viſere, ac ſalutare. Voto hoc concepto, ex animi voto res cecidit, febrire deſijt Pater, atq; ex eo tempore ſanitatem ſuam Deo ac Nicolao in acceptis retulit.

PARAG. X.

Animi corporiſúe dolores mitigantur.

SVbſiluanorum quidam non infimæ ſortis homo grauibus odijs in popularium ſuorum quendam neſcio quâ ex cauſa exarſerat. Augebat incendium venenatis facibus flatibuſúe tartareus incentor, ita vt inimicitiarum æſtu abreptus ciuis ille jam ſibi à nece hoſti inferenda vix temperaret. Mordebat interim animum ſaluber conſcientiæ morſus, ac ſaniora ſuadebat. In eo igitur agone diu verſatus, oculos tandem ad

eum conuertit, à quo olim prodigioſum beneficium accepiſſet. Et ſanè meritò ab eo ſperare poterat, etiam animi ſerenitatem, à quo quondam corporis integritatem impetrâſſet. Is erat prodigioſus Anachoreta noſter; hic eum quondam contagioſâ lue corruptum morti eripuerat, vnde & vipereis hiſce exacerbati animi motibus malaciam ab eodem petere non dubitauit. Petijt, & impetrauit; cùm enim in Saxellenſi æde ardentius oraret, ſubitò velut lux quædam ſuauiſſima menti oborîri, eamq; totam ita perfundere cæpit, vt diſpulſis omnibus ſiniſtri rancoris tenebris, plena animo tranquillitas, ipſeq; factâ ſcelerum exomologeſi, extinctis odij facibus, in Chriſtiani amoris indices amplexus hoſtis quondam ſui, nunc amici lætus rueret.

Conradus Scheuber Glaronenſis

Hel-

Heluetius tam tetro diroq; morbo excarnificabatur, vt perdius & pernox dolor os oculosque occludere vetaret. Annum integrum emortuis planè artubus, exeſâ carne, ac putreſcente jam tergo decubuerat, cùm tandem Nicolai memor, voto ſe obſtringit, ſacram eius vrnam inuiſere, vt primum per valetudinem poſſet. Tum verò ſedari dolor, quies redire, cibus ſapere, membra ſolidari. Damnato igitur poſt triduum lectulo, fulcris nondum omnino firma mēbra ſuſtinens, in Subſiluaniam venit, indeq; ſine adminiculo regreſſus, perfectam corporis integritatem ſecum domum reportauit.

Erdfordienſis quidam ciuis Cōpoſtellam Gallitiæ peregrinus acceſſerat, vt D. Iacobi cineres illic veneraretur. Euenit autem, vt graui ac diuturno morbo oppreſſus, integro

propè

propê anno illic lecto affixus diſti-
neretur, nec jam ſpes in Medicis, aut medicinis vlla ſupererat. Repertum deniq; eſt ſuffugium; Nicolaj limina ex itinere ſalutare decernit æger, ſi viribus ſuis reſtituatur. Dictum, factũ octidui ſpatio reſumptis viribus Helvetiam verſus iter adornat, ac feliciter tandem emetitur.

PARAGR. XI.

Varij deniq; morbi curantur.

NOrimbergenſis matrona mẽſtrui profluuio ita exhauriebatur, vt viribus prorſus defecta, vix manibus pedibuſue prona reptaret. Commendauit ſe miſera omnique auxilio deſtituta Nicolai precibus, ac continuò ſiſtente fluxu, ad ſepulcrũ eius incolumis properauit.

Ex eâdem vrbe Neophytus quidã, è Iudæorum fæce ad veram conuerſus fidem, ita ſacro, quem vocant, igne

igne exurebatur, vt omnes de eius ſalute jam planè deſperarent. Nicolaum igitur cæteris medijs deſperatis inuocat, ac liquidiſſimis ſuis votis e-ueſtigio omnes illos æſtus extinguit, id quod ipſe paucis poſt diebus palã in æde Saxellenſi incolumis prædicauit.

Matrona quædam Subſiluanienſis multa pro liberorum ac nepotũ incolumitate per Nicolaum à Deo accepit beneficia. Filius eius bimus trimeſtri diarrhœâ animam jam propè effuderat; ei Nicolaus fluxum ſtitit. Filiolæ crura veneficæ contactu ſeu faſcino grauiter intumuerant, & carbone nigriora jam putredinem minabantur; Nicolaus veneficium omne breui ſuſtulit. Nepoti eius graue vitium coxendicis ac deinde non lõgo poſt tempore etiam tetram capitis & faciei impetiginẽ emendauit.

Viri

Viri inter Siluanos primarij nepos vnũ annum natus, ita grauiter exulceratum habebat dextrum genu, vt jam non tantum de pede, ſed etiam de puero prorſus actum omnes cenſerent. Cùm ergo in medijs naturalibus nulla amplius ſpes ſupereſſet, ad diuina confugêre parentes, afflictũq; filiolum ad Nicolaj ſacram vrnam deportârunt. Euanuit eueſtigio vlcus in ipſo itinere, abſterſo omni dolore ac periculo, atq;in pede non niſi cicatrix miraculi teſtis apparuit.

Kernſianæ Parochiæ æditimus omnium infra lumbos membrorũ paralyſi ita languebat, vt totis quatuor annis lecto conſurgere nõ poſſet. Vouet iterum iterúmque cerea Nicolao anathemata, ſed fruſtra, nullum inde leuamentum ſentit. Equo igitur ſeipſum imponi curat, atq; ita Saxellenſis ædis limen ſuccollantibus

bus alijs ingreſſus, continuò ſolidari nonnihil diſſolutos artus gaudet, quod ſaltē duobus fulcris nixus domum redire poſſet. Elapſo menſe redit eodem quadrupes, atq; inter calidas preces tam firmos validoſque pedes impetrat, vt anno inſequente pedes & B. Virginem Laureti, & Romæ Apoſtolorum limina inuiſeret. Oblitus deinde vno alteroue anno ceram deuotam offerre, in eandem paralyſin incidit, nec conualuit, donec votum, quod neglexerat, compenſauit.

Contraho vela, infinitum enim mare ingreſſus ſum, quod ſi trāſmeare prorſus velim; portum inuenire ac tenere non poſſim. Patronus eſt Nicolaus ac ſoſpitator, & communis, vt vulgò appellari ſolet, Medicus nō Patriæ tantum & populariū, ſed omnium circa regionum ac populorū.

Accur-

Accurritur etiã hodie, propè ac procul ab ipſis etiã hæreticis Bernẽſibus, eius cineres, vouetur, ſupplicatur; mittuntur munera, ſuſpenduntur anathemata; ſuccenduntur faces; impetrantur, patrantur quotidiana prodigia. Enumeraui ex innumeris pauca, vt ex his paucis cætera ſiue paria ſiue etiam maiora colligantur. Vnde facilè colligere eſt, ſi Deus huius Eremitæ noſtri oſſa ac cineres in terris tam glorioſa ac prodigioſa eſſe voluerit, quantâ in cœlis gloriâ ac beatitudine animam eius perfundi fecerit. Et faciet, vti ſpero, Optimus Deus, vt etiam in terris Sancti huius viri honor amplius adhuc creſcat, ad maiorem cumprimis ipſius Præpotentis DEI gloriam; ad ampliorem item tum corporum, tum vel maximè animarum noſtrarum incolumitatem.

HYMNI

HYMNI ET COLLECTAE NICOLAO DE RVPE ALTERO POST EIVS OBITVM anno compoſitæ ab Henrico de Gundelfingen Canonico Beronenſi.

Prior ſic habet.

Nicolai pro meritis,
Eiuſque geſtis inclitis,
Claris quoque virtutibus,
Exultet cœlum laudibus.
Natus qui Vndervualde,
Verbo firmus & opere,
Feſtinauit ad eremum,
Deus tuorum militum:
Tempus ætatis ſolidæ,
Non deducebat temerè,
Te diligendo intimè
Lucis Creator optime.

Hic

Hic mundanas delicias,
Contempſit, & inſidias,
Tuo fretus ſolatio
Ieſus noſtra redemptio.
Longo abſtinet tempore,
Pœnas ferens in corpore,
Memor tuorum operum
Conditor alme ſiderum.
Noctes orationibus
Deduxit, & laboribus,
Nec ceſſauit ab opere
Iam lucis orto ſidere.
Ieiunijs ſe macerans,
Abſtinendo ſe affligens,
Deſiderauit ingredi,
Ad cœnam Agni prouidi.
Virtutum tandem titulis,
Imbutus, & miraculis,
Migrauit ad te Dominum,
IESV corona Virginum.
Sit laus Patri cum Filio,
Semper in cœli ſolio,

Noſque replendi cœlitus,
Veni Creator Spiritus. Amen.

Poſterior verò ſic canit.

Clara dies Domini
Suo dent laudes Nomini,
Canoro gentes carmine,
A ſolis ortus cardine.
Hac die Nicolaus
Ciuibus iungitur cœleſtibus,
Caterua cum Angelica,
Exultet aula cœlica.
Hic cælebs cùm exiſteret,
Et vitam ſanctam duceret,
Erat in te ſua quies,
Chriſte qui lux es, & dies.
Mandatis tuis paruit,
Quamobrem ſignis claruit,
Ad ſalutem fidelium,
Rex Chriſte factor omnium.
Hinc Trinitati gloriam,
Honorem & victoriam,

Pan-

Pangamus hymno pyſtico
Ex more Docti myſtico. Amen.

Additur deinde hoc Saphicum.

Inſtat en ſolis reuolutus orbis,
Quo petit cœlos Nicolaus Heros,
Atque Sanctorum numero locatus,
Gaudet abundè.
Ergo ſubmiſſi Nicolae ſancte
Quæſumus nobis veniam preceris,
Vt pio tecum liceat per æuum
Viuere Chriſto.
Præſtet hoc nobis &c.

Preces, quas Collectas vocant, ſic habent. *Prima.*

DEVS, qui B. Nicolao Eremitæ tuo per abſtinentiæ angelicæ, omniumq; virtutum viam inceden- ti, gratiæ tuæ lumen oſtendiſti; concede propitius; vt ipſum interceſſorem pro nobis ſentiamus in cœlis, cuius vitæ exemplo irradiamur in

terris. Per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum &c.

Secunda.

DEVS, qui B. Nicolaum Heremitam miſericordem feciſti Interceſſorem pro peccatis omniũ: da nobis ipſius interuentu peccatorum noſtrorum veniam, & æternæ beatitudinis optatam lætitiam. Per Dominum &c.

Tertia.

COncede quæſumus, omnipotens Deus, nos ſancti Nicolai Heremitæ exultare meritis, & eius beneficiorum attolli ſuffragijs. Per Dominum &c.

Addam & quartam, quam commemorationi eius ſubnexuit neſcio quis author his verbis:

Antiph.

DILectus Deo & hominibus B. Nicolaus, magnificatus benedicti-

dictione Domini, in memoria ſuorum mirabilium, in panis cœleſtis dulcedine ſuæ peregit vitæ curricula, placita enim erat Deo anima illius, ideo ad gloriam translatus eſt Sanctorum.

Verſ. Confortâſti Domine Beatum Nicolaum,

Reſp. Pane vitæ & intellectûs.

Oremus.

DEVS, qui circa vſum Sacramentorum tuorum ſemper mirabilia operaris, & maximè in B. Nicolào Eremita & Confeſſore tuo eadem mirabiliter illuſtrâſti: Da nobis quæſumus, per interceſſionem ipſius, ita pretioſum corpus & ſanguinem venerari, & dignè ſumere, vt te panem verum in cœlis videre mereamur. Qui viuis & regnas Deus in ſæcula &c.

ENCOMION.

In vitam & obitum F. Nicolai de Saxo Eremitæ Vnderuualdenſis.

Contemptor mundi, naturæ victor, olympi
AEmule, diuitijs hoſtis, amice Deo.
Nicolae, aſtriferi potior pars vna Theatri,
Cui ſummus pretiũ ſe dat amoris amor.
Sancte Pater patriæ, veræ pietatis imago,
Heluetiæ cuſtos, gloria, ſpesque tuæ. (clis:
En quibꝰ expoſiti (facilè eſt meminiſſe) peri-
Vitam agimus, præſens poſcimꝰ affer opē.
Nam quia tu Chriſto meritis adiuncte triumphas,
Credimus inde tuas robur habere preces.
Nondum contigeras inuiſi limina mundi,
Nec erat illuſtri falce ſoluta parens;
Iamq; tibi effudit ſua dona benignius æther,
Aſtra vides infans, luce micare tua:
Heluetiæ Sidus, lux ô clariſſima ſalue,
Candorem noſtris inſere pectoribus.
Tu; ne corrupto ſorderet flore iuuenta,
Iunxiſti ingenuo libera colla iugo.
Pignora quin etiã tuleras bis quinq; maritꝰ,
Et faſces, & opes, militiamque colis.
At poſtquam mulſit cœleſtis gratia mentem,
Faſces arma aurum deſeris, & patriam.
Et quis te fugiat, quo ſpiritus impulit auctor
Corde ſequi, prona eſt, aſpera ſiue via?

Sancta quies melior circum ſpelæa ferarum,
Accepto felix hoſpite ſylua viret.
Silua domus fuit abſq; cibo, ſaxa aſpera lecti
Ferre Deo putas vnica cura preces.
Bella moues mundo, ſecretæ cultor eremi,
Ac ſublatus humi ſidera mente capis.
Corporei ſenſus animi impetuoſa voluptas,
Si qua nocens mētem paſſio turbat, abeſt.
Nil niſi diuinū mens cogitat ardua ſemper,
Nil niſi perpetuum clamat amatq; bonū.
Hinc ſeſe attollit ſupra ſe ſpiritus ingens,
Abſtractus q; humili corpore liber abit.
Quos nō hauſiſti pro Chriſto ſpōte labores?
Quæ capiti illiſa eſt non grauis vnda tuo?
Tela ſatan, arteſq; para, omnes exere vires,
Qui tua non metuit prælia miles adeſt.
Qualis Erythreis Antonius errat arenis,
Quiq; fugis Decij paule verende minas.
Quid te Macari iam nomine req; beatum,
Milleq; cōmemorē, nomina ſancta, ſenes?
Olim cōtemptos, nūc ſupplex orbis adorat,
Exoratores poſcit habere Dei:
Continuent alij longos ieiunia menſes.
Sint vitā caſti, peruigilentq; ſacris:
Magna licet ſint hęc, at ſunt cōmunia multis.
Hic citra exemplum vixit, & abſtinuit.
Vix aliâs audita Deus miracula præſtat,
Mortalem panis non moriturus alit.
Nicolee, antiquas tibi mutant ſidera leges,
Expers quinquę cibi vixit Olympiades.

Te Diuis virtute parem, ſed gratia maior
Exemptum humanis te volet eſſe malis.
Angelicis æquare choris, qui liberū ab omni
Mortali corpus conditione geris.
O Menſâ dignate Dei, conuiua ſenatus
Cœlitûm numi dapibus veſceris ęthereis.
Exactâ donec longâ ſine crimine vitâ,
Multùm optata tuis hora venit lachrymis.
Siue fuit ſomnus placidæ ſeu mortis imago,
Tranſitus ad ſuperos commodus ille fuit.
Et cineres ſequitur decꝰ immortale ſuperbos.
Aſſiduo grata eſt parta labore quies.
Te patrono igitur quiduis ſperare licebit,
Indulget facilis, tu modò poſce, Deus.
Quiſquis egenus opis cœleſtia Numina voto
Sollicitat, fiet te tribuente potis.
Ire gradu firmo læſos pede vidimus ipſi;
Mirari cæcum marmora picta ſenem.
Ob vitium matris ſacro qui fonte careret,
Incolumis viuit te reuocante puer.
Quis numero cēſere queat, ſanaueris ægros,
Siue quot immundos dęmonas expuleris?
Re dubiâ populis Vates oracula pandis,
Diuinæ mentis conſcia fata vides.
Per te parta frequens patriæ victoria bello,
Et per te peſtis ſæpè repulſa lues.
Nicolei rurſus longo pòſt tempore nomen,
Oblitum nautæ te præeunte, vocant.
Cœlitis, haud vllus nomē præſentius vſquā,
Cùm febri rigeant viſcera, thure colit.
Hoc

Hoc quiſquis merito veneratur honore ſepulchrum,
Sentiet extemplò ſubuenientis opem.
Et dubitamus adhuc Albo te inſcribere Diuûm?
Nomine ceſſamus templa dicare tuo?
Spiritus æternam ſublatus in ætheris arcé,
Aſſuetis fruitur nectare & ambroſiâ.
Inde fauẽs noſtris pronas accõmodat aures,
Supplicijs fruſtra ne pia vota cadant.
Huc ades, ô dubijs protector maxime rebus,
Verbaq; pro patrijs proſpera funde focis.
Pelle famem, peſtiſq; luẽ, bellumq; cruentũ,
Pelle ſimultates, pelle & auaritiam.
Nec fortunam equidem fugimus, quæcunq; ferenda,
Iſta fatemur enim promeruiſſe mala.
At meritis precibuſque tuis lenire furorem
Fidimus, vt feriat mitior ira ſcelus.

Hactenus elegia nõ inelegans, à viro nobiliſſimo Martis iuxta Apolliniſque ac Muſarum alumno edita, atque Illuſtriſſimo Reuerendiſſimoque D. Octauio Parauicino S.R.E. Patri purpurato, Sanctiſſimæque Sedi ad Heluetios Legato dedicata.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE



Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

